





XXX.

13

1705, 1.

Q. D. T. R. V. E. S.  
DISPUTATIO PHYSICO-MEDICA

DE

# SALUBRITA- TE AERIS RO-

## STOCHIENSIS

Bon der gesunden Lufst

zu Rostock /

EX CONSENSU GRATIOSISSIMÆ FAC. MEDICÆ  
PRÆSIDE

D. GEORGIO DE-  
THARDINGIO,

MEDIC. ET MATHEMAT. SUPERIOR. PROFESS.

PUBL. ORDINAR.

DOMINO PATRONO ET FAUTORE SUO CO-  
LENDISSIMO IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

ως εν κύκλῳ

AD DIEM XI. MARTII ANNI MDCCV.

PUBLICO EXAMINI SISTIT

JOHANNES GERHARD,

FRIDL. MEGAPOLIT. S.S.Th. & Ph.St.

Rostochi, Typis Joh. Wepplingi, SER.PRINC. & ACAD. Typ:

XXX.

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRIN:  
CIPIS AC DOMINI

FRIDERICI VVIL:

HELMI  
DUCIS MEGAPOLITANI  
REGENTIS  
&c. &c. &c.

CONSILIARIO INTIMO  
VIRO  
ILLUSTRI atq; MAGNIFICO  
DOMINO

DN. JOHANNI



CANCELLARIAE, JUSTITIAE, ET CONSISTORII  
MEGLENBURGICI DIRECTORI  
&c. &c.



DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

Salutem! Observantiam! Obseqvia!

# VIR ILLUSTRIS ac MAGNIFICE.

Salvum iste nomen sit aucto & esset vel tunc quod vobis  
O salutis coegerit in morte amissione amissione, in illo  
inventio etiam in vita erit ab humore. A. et  
debet. Et sicut ergo dicitur, non potest omnis haec  
sit. T. ILLUSTRE NOME.  
debet. In iuxta regnorum et mortuum & auctoritatem  
sicut transducitur in aliis, in hoc etiam. Hoc nomen  
debet. ET. ILLUSTRE NOME. Regnorum & alicuius  
sicut in iuxta regnorum et mortuum & auctoritatem  
sicut in aliis, in hoc etiam. Hoc nomen  
sicut transducitur in aliis, in hoc etiam. Hoc nomen



Vam justissimis rati-  
onibus Dedications Catalogo  
rerum nauesarum sint  
inscriptæ; nec injustius qvi-  
qvam esse possit, ac illarum  
oblatione illud furari velle  
tempus, qvod VIRI TUI  
similes tam sancte incolumi-  
tati publicæ per omnia mo-

menta sacrarunt; haud tamen imperare mihi potui,  
qvin hisce pagellis ILLUSTRE NOMEN TUUM  
præfigam & Splendidissimo tali Frontispicio & Decus  
& Robur meis thesibus addam. Habent hæ, Auram  
hanc & Musas Rostochienes ad edenda elegantissi-  
ma Ingenia habiles admodum esse; sed in quo pro-  
niores unquam fuere, vel magis sollicitæ ac in TUI  
Formatione? Imo ac si timuissent TE formato vi-  
res

res suas ita exhaustas fore, ut ægre per Seculum re-dintegrentur, TE declinante & jam elapo Seculo gignere voluere, qvo in hoc, qvod ingressi sumus, adhuc dum servare & per bina ita Secula orbi sistere possent, Solidissimum omnium suorum conatum Opus. An simul de sua conservatione laboraverint? haud dubitare licet, nec enim Benignus Splendor PRINCIPIS NOSTRI CLEMENTISSIMI, TE illustrat, qvin & Mundum Megapolensem, & vel maxime Hunc nostrum Horizontem Illius abundantia frui velis. Patiare ergo, VIR ILLISTRIS, TE qvod es, qvoqve dici, Ingeniosissimorum Fætuum, qvos Rosetum tulit, perfectissimum Exemplar, ad cuius ideam omnes Alii debent, pauci poterunt se compo-nere. Mihi non adeo felici tellure prognato, TE mis-ri sufficiet, imitandi gloriam, de qua depe, a-llis relicturus, triumphaturus tamen de gloria obe-dientiae, qvâ sum.

## ILLISTRIS TUI NOMINIS

J. GERHARD.



## PRÆFAMEN.



erologiam, qvamvis  
inter Medicinæ desiderata reposu-  
erit Anton. van der Linden in Manu-  
dact. ad Medicin; non tamen hinc  
omnes sollicitudines priscorū sper-  
nendæ sunt, qvas circa aërem habu-  
ere. Noverant illi, accedere ex

aëre ingeniis pondus & purio-  
rem ac lincerorem, qvi simul in-  
singula momenta recens sit, mul-  
tum facere ad corporis salutem, vigorem mentis, & meditati-  
ones doctas. Unde Vitruvius, l. 1. de architect. c. 6. opportune  
de oppido in insula Lesbo, Mytilene dicto, monet, magnifi-  
cener esse adscitatum, & elegantem, sed possum non prudenter,  
in illa civitate austus cum sit, homines agrotare, cum Corus  
sufficiat. Nec ex alia ratione Palladi vel sapientiae dea tri-  
buerunt condituras Musæ Græciæ in saluberrimo loco &  
aëris temperie optima prædicto, deqvo prolixius Hippolitus à  
Collibus de incrementis urbium cap. 2. Dolendum potius  
est, eadem cum hodie vis sit aéri, & adhuc ingeniorum præ-  
stantia, hominumque salus ab aëris benignitate multum pendeat,  
neglectum adeo esse tantum valetudinis & eruditioñis prædi-  
um, nisi quod hinc inde qvempiam ast raro offendas istius  
memorem. Scriptis quippe de salubritate aëris Romani Marsi-  
lius Cognatus Prof. Medic. in Gymnas. Romano, ceu in ejus vita

A

refert

refert Jan Nycius Erytbraeus in Pinacoteca num. 52. Pariter Dn.  
 Morovius Gallus, thesibus qyibusdā Anno 1685. Parisiis habitis  
 auram qvæ Versallias perfluit temperatam esse defendit; nec  
 non D. Waldschmidius Prof. Kilon. erudita Disp. temperiem  
 Athenæi Cymbrici adstruxit Disputatione Kiloni habita & ita  
 confirmavit qvæ Cæson Grammius de aura Chiloniensi in Chilo-  
 nionovo Holsatia Parnaso A. 1565. attulit. A plurimis vel negle-  
 cta dixerimus, vel adeo sparsim dissemelata esse de locorum  
 indole argumenta, ut à Lectore concilcentur prius, ac ne-  
 gligantur, qvam ut hujus oculos & animum in le converten-  
 do, speratam reipubl. literariæ & incolarum salutem produ-  
 cant. Dixerimus hoceodem jure de hac nostra, qvam inha-  
 bitamus, Urbe, qvā salubri aura perfundi fama dudum vo-  
 luit, & qvæ in progignendis elegantissimis hominum inge-  
 niis ad præstantissimas omnes artes à natura factis, semper fe-  
 lix est habita, sed de cuius fundamento, nonnisi pauca verba  
 reperimus, qvæ Liurembergius haberet in Accra Philolog. Es-  
 ist zu Rostock eine gesunde Luft / dran nach dem Mittage ist die  
 Stadt hoch mit erbohenen Wällen und Mauren umbgeben / das also  
 die schädliche und pestiferalische Luft / und ungesunde Südwind  
 mehrheitlich überhinkommen / und nicht sie in die Stadt kommen.  
 Nach Mitternacht aber / oder gegen Borden am Strandte ist die  
 Stadt niedrig / das also die gesunde Bordwinde die Gassen durch und  
 durch wehen. Aus diesen Ursachen wird die Luft bey uns selten  
 vergiffen. Altius ergo vel maxime hoc tempore, quo hinc  
 inde Pestis metus urbes occupat, inquirere è re erit, & in-  
 dagare, an & quo jure aer Rostochiensis salubris audiat  
 & qvæ commoda inde ejus incolæ & studia sentiant? Sed  
 qvia aeris natura & ejus salubritatis ratio cognita esse, ante  
 debet, qvam de illa judicare licet, placuit tribus Capitibus  
 hocce argumentum includere: Ut Primum exponat aeris  
 Essentiam; Alterum Qualitates quas tum salubris tum  
 insalubris obtinet; Tertium illum, quem Rostochium spirat  
 aerem, admodum esse salubrem demonstret F. F.

CAP. I.

CAP. I.  
*De Aere in genere.*

§. 1.

**P**aradoxum videbitur multis statuere, essentiam rerum naturalium sepiissime disqvirendo obnubilari & ab indagatione subtili, majori obscuritate illam obtungi; sed veritati ita consonum est, ut si ceteroquin argumenta hujus effati deescent, praefens de quo acturi sumus subjectum, i. e. aer, illud robore satis valeat. Vix ulla affirmabit, disquisitione istius vocis, & profundiore meditatione num ab æquul.  $\Delta\alpha\delta\beta\alpha\gamma\epsilon\mu\lambda$  l. quasi semper fluat  $\eta\epsilon\pi\eta\epsilon\pi\eta\epsilon\pi$  descendat (a) hujus naturam magis innoscere; nec profundius eruditur examine longissimo, quo jure quave injuria aer dicitur *Hippocrati Flatus, Aristoteles Spiritus, Plinio cœlum, &c.* An mereatur titulum Hermaphrodit, quia de natura ignis & aquæ participat? Ast, an fallimur, si insuper statuamus, nec tot definitionibus, descriptionibus ejus essentiam melius patescere, quibus promoribus seculorum & ingenij docentium variis nobis offerunt? Sive enim cultor Aristotelis aerem elementum dicas leve lumine humidum & remissile calidum (b) Sive Cartesianæ disciplinæ alumnus illum velis esse congeriem particularum tertii elementi, tam tenuium & a se mutuo disjunctarum, ut quibuslibet motibus globulorum coelestium obseqvantur: (c) Sive cum *Mundio* affimes naturam fluidam immenso spatio diffusam terram & planetas comprehendentem [d] Sive cum *Becero* defendas esse terram extensam (e) Sive cum *Varenio* credas texturam multorum corpusculorum quæ telluri adhærent, ut lanugo pomo cottoneo: (f) centenas alias opimones & voculas mittimus, quas non secula, non lustra, sed annimo menses de novo excludunt) facile undique quæ elaceatur,

A 2

nilhil

- a) Operosum se circa hæc præbet Nancelius in *Analogia Macrocosmi & Microcosmi* p. 66. (b) *Aristot. l. 2. de Gen. & corr. c. 3. Sperling. inst. phys. l. 4 c. 2. (c) Cartes. princip. phil. part. 4. Art. 45. (d) *Tr. de aere c. 1. p. 2. (e) Alphab. minera p. 3. p. 104. (f) Geograph. l. 1 Sect. 5. probl. 1.**

nihil ex tot variantibus circumscriptiōnib⁹ firmius conclūdi,  
ac aēris esentiam nondum clare patere (a) Addi superfluis hisce  
curiositatibus merito debent qvæſtiones perqvam multæ v.g.  
an aēr natura sua albus, an potius niger sit? an propriae suæ sub-  
stantiæ corruptela, aut obſcuriori ſcholarum termino, an tota-  
ſua ſubstantia, qvam occultam qualitatem vocant, nos poſſit  
afficer, an ſit Spiritus communis, qui & deferat Spirituum  
animalib⁹ incluſorum ſcientiam ab altero in alterum? an affici-  
atur rebus p̄fentibus futurisq; atq; nobiscum communicet?  
b] &c. Nec enim ulla ſpes ſupereret ex illis aēris ſubstantiam in-  
apricum produci poſſe.

S. 2. Merentur majorem laudem, conamina illorum qui  
in anib⁹ illis contradictionib⁹ reſcifis, pace facta conjunctis  
viribus ſervo huic compedes injicere & de vinculis ac  
manicis cogitare cœperunt, qvo pro lubitu examini ſuo rigo-  
roſo ſeſe filtat. Laudabiles in hoc negotio conatus fuit *Cana-ellarii Angliae Baconis de Verulamio* [c] taltem ex eo qvod, qui  
huc collimarint, primi ſint; item *Dreb. li, aulū extollimus Ther-*  
*mometri gradus frigoris & caloris perpetuo monstrantis in-*  
*ventione omnibus grauissimos* (d) *Torricelli denique Flor. nt m-*  
*curiosi admodum labores* (e) ſed qvos multis modis ſupererat  
acies ingenii *Conſulis Reip. Magdeburgensis D. Gerickei*, qui  
aērem loco docuit ſeu carcere concludere, eo confilio, ut ex  
eo multa expiſaretur. Hic *Machinam qvam anthliam pnevmati-*  
*ticam hodie dicimus, primus adornavit, & autor exſtitit, ut ali⁹*  
*obſetricantes huic invento accommodando manus* (qvos inter  
ex merito triqa virorum eminet, *Boile, Sturmus, Reiberus*)  
eo perduixerint, ut vix amplius illi liceat, ad examen vocato,  
ut olim ſui arbitrii eſſe. Qvod ſi tamen apertè & ingenuè  
fate-

---

(a) conf. obſ. Hallens. Tom. 5. obſ. 3. b) Thom. Campanella  
de ſpiritu rerum cap. 1. (c) *Natus est A. C. 1540. Mor-*  
*tuus A.D. 1626.* (d) *Sunt qui Roberto Fludd ſive à Flu-*  
*ddibus id honoris tribuunt, ſed Driebelii deſcenſionem pre-*  
*nuē agit Sam. Reiberus Difffert. de aēre c. 7. conf. Sturm-*  
*append. ad colleguerios. p. 89.* (e) *quorum iſſorium habet*  
*Sturm h.c. p. 20.*

435

tateri velimus, quousq; aér, per vim illam tormentorum, qvibus  
Viri modo dicti ad oppugnandum usi sunt, innotuerit, affirmans  
dum erit, ejus exteriorem amictum detectum aliquantis per esse  
& innotuisse, qvibuscum familiaritatem colat, sed adhuc dum,  
latitare veram ejus formam, veram faciem, seu quid intus &  
sub cute gerat, Adsimus itaque verba illa, qvæ Boile (a) ex can-  
dore eruditionis celebris de mercurio profert, aéri tribuere,  
& hujus explicationem pensum dicere ipsam industriam, omnesq;  
conatus non unius canium Phisophi, sed plurium etiam seculorum  
defatigans, cum examinaveris bellum illius prothe plus ad hunc diem  
admirationis, quam satisfactionis, plus scrupuli quam certe cogni-  
tionis generaverint. Memorata tamen doctissima conamina  
retinenda omnino sunt, tovenda & exosculanda, qvod aérem,  
qvalem, dum terræ confinis, corpora nostra ambit, respi-  
ramus, & de qvo in subsequentibus potissimum termo nolter  
erit, familiariori rementi nostræ fecerunt, & ut qvædam ejus sit  
notitia, examinando detexerunt.

§. 3. Supponimus ergo illa experimenta & ex illis con-  
cludimus aérem atmosphæricum corporis fluidis esse annu-  
merandum ex innumeris particulis minutioribus actu separa-  
tis sed motu perpetuo alias juxta alias agitatis conflatum.  
Particulas vero illas in certas qvasdam classes ad receptam hodie  
methodum collocare & dispelcere studio nolumus, qvi vere-  
mūr omnem illam in explicandis rerum phænomenis & causis  
à recentioribus exstructam & triplicis generis particulis inni-  
tatem molem unica qvæstione. Unde scil. constet dari vel  
elle non pauciores aut plures, quam exacte trinas illarum spe-  
cies? destrui posse & corrue. Crediderimus distinctio-  
nem in majores moleculas & minores globulos omni discipli-  
næ aéris tore suffecturam, & qvia de his in subsequentibus  
fermo erit, de illis affirmamus tales esse, qvæ comprimi possint,  
sed compressæ priorem fessæ explicando situm appetant. Col-  
ligitur hoc ex robore qvodsclopeta pneumatica habent, qvæ  
aére intra illa coacto & in libertatem iterum mislo, globulos  
plumbeos per longū tractum ejaculantur, nec inconcinne Au-

A :                           ores

a) Exerc. 3. de utili. Physiophis.

tores plumis molissimis olorinis illud negotium explicant, quae  
rum tres circiter librae in palmarem globum comprimiqvide  
poslunt atq; expansioni relicta culcitram vel stragulam qvinq; e  
pedes longam & latam explent. Harum pressuræ & nisi  
pondus inest & robur quo aër pollet, ac non ad volucres  
tantum ferendas, aut ad ponderosiora e.g. nubes sustinendum  
sufficit, sed majori motu accedente maximo impetu & rabie  
fuit, domos prosternit, ingentes arbores radicibus evellit,  
terrā ipsam concutit, & haud raro summa imis miset.  
Insuper pro harum particularum majori minorive præ  
sentia, diversa indole, singulari texture, motu di  
verso, citiori aut tardiori exclusione, ipsa hæc atmo  
sphæra non modo ex diversitate locorum & plagarum terræ  
varia est, sed Protei instar in una eademq; regione uno eodem  
que tractu, se qvam frequentissimè in variis figuris miraculose  
convertit; ut nunc serena sit, nunc tranquia, nunc crastis no  
bis circumfundatur, nunc tenuis appareat, nunc maximis ca  
leribus urat, nunc modico calore repeat, nunc intolerabili  
trigore angat, nunc humido & frequenti humore nunc siccitate  
laboret, nunc salutariter illa fruamur, nunc vi ipsius lethifera  
consumamur, de qvibus mutationibus & earundem ætiologia  
clarius disserendi in subseqventibus erit occasio.

§. 4. Fons illarum globus terraqueus est, hujusque  
concreta magis minusq; porosa illas copiosissimè spargunt.  
A priori illud facile evincitur, & ex ipsa corporum structura  
fluit; dum qvævis concreta ex meris punctis & filamentis in  
pluribus vel paucioribus angulis se tangentibus vario nexu  
diversa serie, distincto ordine, arctiori vel laxiori structura  
variave implicatione sunt conflata. Unde est, qvod corpora  
qvæcunque ne solidissimis qvidem illorum exceptis, pellucida  
sunt, ut loquatur cum Vossio (a) sive ligni fibras a reliquo cor  
pore separatas in Sole observes sint perspicuae, sive particulas arenou  
sas à axis avulsa teorim contemplari viti & crystalli claritatem  
q; inesse sentias, per Marmor etiamq; cubitalis fuerie crassitudi  
metum candela facile animadvertis, imo dixit cutem ad latera  
nonni.

---

a) Tract. de luce.

nominib[us] illuminando exigua flammula penetrat & tenuissime bra[n]de  
 teolæ ex solidissimo metallo dilata[re], aduerso sole si p[ro]cedentur,  
 pellucide sint. A posteriori pariter illius veritatem corpora  
 probant sulphure magis abundantia, qvæ, si velociori motu  
 rapiantur circulum quasi seu halonem evomunt in spatium  
 circumstans fese diffundentem, id qvod in corporibus igne  
 flagrantibus ad oculum quotidie patet, qvæ in fluidum per uni-  
 versum aëra dispersum abeunt. Pariter in plantis ac fructibus  
 illud facile ex olfactu colligere est & fragrantia, quam in multis  
 leucas læpe spargunt (a). Et ne de mineralibus, metallis, vel  
 aliis corporibus ad sensus nostros solidissimis dubitemus, Ma-  
 gnes facit, qvi vires suas in ferro per firmissima marmora exercet;  
 imo tinteturam ferri ad magnetis contactum vitrum translu-  
 dare Scotus expertus est. (b) Antimonium validissimo igne in  
 vitrum coactum sine sensibili sui damno vel centies affusos  
 liquores virtute emetica imprægnat, qvo in formam crucifixi  
 fculo olim Monachus in Italia astutè plurimos circumvenit & in-  
 gens lucrum sibi ac monasterio, in quo vixit, paravit, credulis  
 omnibus mirantibus ex tam creberrimo usu & in morbis chro-  
 niciis auxilio nihil ejus vires frangit vel crucem immunit, hinc  
 vires sancta imagini adscribentibus. Mittimus lapides, violam,  
 odoresve alios diversissimos spirantes, ad qvos referri posset  
 ille, quem Biblioteca Ducalis, qvæ Gustrovii est, servat qvi  
 fatis eleganter panem frugalem (Ein Leib Brodt) repræsentat  
 & levi strictura panem etiam spirat. Attendamus tantum ad  
 anathymias faturinas, Mercuriales, Joviales, tragico effectu  
 metallurgis tam nocivas ut hos bis morbos pati haud inepte  
 dixerit Hoffmannus (c) Nec ignota hodie chymia gñaris me-  
 thodus qva sulphur tum vulgare cum antimonij in spiritum fu-  
 mantem redigere possunt adeo validum, ut argentum cistis  
 ligereis

(a) de pomis recentibus in navi tantam fragrantiam spirantibus,  
 ut plurimi in alia navi per molestia effet vid Simi Pauli  
 in Quadruparte Botanico clasi 2. p. 89. conf. Merelini  
 Itinerarium iudicum & Paulinus in tract. de nut. Mo-  
 schat. p. 17. (b) in technicâ curiosa l. 1. p. 250 (c) Dis-  
 ce Metalurgia §. 4.

ligneis inclusum, fusco colore induat & atramenti sympathetici locum commodissime impleat. (a) Ipsum omnino aurum vix ex mente omnium destructioni obnoxium, in auras avolat, & per breve tempus partem quendam ponderis sui amittit, ceu sale qvodam subtilissimo id praestavit Boyle (b) vitro vero combustorio Hombergius (c) Qvod si ad dissolutiones corporum, fermentationes, effervescentias &c. progrederi animus esset, undiquevaqve qvot novae experientiae tot valida argumenta forent. In regno animali illa effluvia esse continua vix probatione indiget; fumantia brutorum corpora, admotio dighi ad corpus politum, item statera, qva Sanctorius uts est, abunde id cuius perl vadent, ut eo confidentius astero Albini (d) subscribere licet: nullum dari perfecte solidum corpus, quod poros non habeat, addimus qvod per illa non aliqvad dimittat. In hoc tamendis scrimen qvoddam erit admittendum, qvod haud æque facile aut æque ubertim qvodvis concretum, sed pro arctiori tantum vel laxiori lui nexu atomos fundat. Hinc est, qvod omnium maximè frequentes sint aqveæ, dum non solum ubivis surgunt, sed quoq; à ventis maria, qvæ superficie ampla gaudent, lambentibus, item à sole magno numero abripiuntur, & nunc corpora v. g. nubes formant, nunc sub alia facie ortum suum reperunt. Ex eo quoqve ratio fluit qvare maria, qvæ tot flumina qvæ suas in illa effundunt aquas & tot pluvias recipiunt, adeo augeri observemus. Terrearum molecularium præsentiam pulverulenta atmosphæræ facies monstrat, & connubium evincit, qvod hisce cum aqveis est, adeo firmum ut nec centesima per alembicum destillatio illud solvere valeat, præter qvod sola subfidentia sponte secedant. Illarum quoqve testes sunt impuritates, qvæ cum pluvia decidunt ac in tectis, rupibus, lapidibus &c. accretiones vegetabilium facilitant, qvandoqve sub facie pulveris copiosissimi insipidi in terra hærent, & si flavus illis color fuerit, pro sulphure à vulgo habentur. (Es. habt Schwefel geregnet.) Qvod si illis particulae salinæ sece astoient, rubiginem, non modo ferramentis, sed & auro nitentibus picturis & statuis affrancant. §. f.

(a.) et 3. (b) experimenta physico-Mechan. exper. 22. p. m. 63

(c) Nouvell de la republique des lettres mois de mars 1703. artic. 2. (d) Differ. t. de Tabaco thes. 6:

5. 5. Indolem modo dictarum particularum accurate nosse, vix homini concessum est, tenuitatem qvippe sua acutissimis nos mos nostros sensus effugient. Aliq; vmodo tamen per inductionem istud sicebit, quando consideramus in singulis partibus eandem ac in toto naturam esse, item quodidianis laboribus mechanicorum ac chymicorum edocemur, sive ligneam scobem subtilissime à toto suo deradant esse lignum, sive argentum vivum in miriades particularum dissolcent manere argentum vivum, sive quam velint particulam ab aureo globo discerpant, non minus illam aurum esse auctorem à quo derafa est. Pariter persvasum habemus illud in aliis corporum effluviis obtinere. Sed quis non demonstrare, modo enumerare contendet, quevis vel millenis modis transformatur, & à priori statu vel sibi relictae vel ex occurso & connubio diversorum corporum recedant? Si quid & hic conjecturis dandum, ratione tamen & experientiis congruis, videmus solidorum ramenta in circumferentia resiliere & hinc ex potentia, quæ aëri est, pariter argumentamur, plurima effluviorum genera, quia inclusa magnum effectum exerunt, elateres imitari mechanicos, ita tam, ut nunc convexi sint nunc concavi, nunc cylindrici, nunc helici, nunc figuræ regularis, nunc variae, alii cuneiformes, alii admodum laminæ extensi, alii armillarum instar circumflexi, &c.

6. 6. Pergimus ad scrutinium autorum, qui haec tenus descriptas concretorum atomos aëri miscent, & inde tot diversarum illarum phasium moderatores sunt. Non autem mensuram supranaturales caulas altius in praesens inquirere, & quænam metamorphoses atmosphæræ à DEO, Angelis bonis, malis, veneficis &c imprimantur, examinare: increduliores qvippe in effectibus enti magico à vulgo adscribi solitis maxime cum creaturæ, intra naturæ cancellos inclusæ, non supra præscriptum sibi ordinem agere possint; De DEO reverenter profitemur, illi, prout in agendo liberrimo, manus liberas esse aërem pro beneplacito suo varie modificanti, ast insimul per lyasi sumus infinitam suam potestatem raro citra caularum secundarum interventum in mundum agere, sed ordinem

ab æterna sua Sapientia, ut in aliis creaturis sic & in aëre institutum, firmiter observare, neque transgredi, nisi summa hoc ipsum gloriæ demonstrandæ divinæ necessitas urgeat. Ad naturales potius progredimur, quærum inter Astra primitum obtinent, vel ex tententia illorum quævis cœlum aperitus liber & stellæ velut litteræ, quæ sua decreta non solum ut signa, sed etiam ut causas sublunaribus, sive in favorem, sive in persecutionem intimant, (a) ita ut aëris quoq; facies configurationibus cœlestibus subdita sit, ejusque differens & distincta indoles tum è natura corporum cœlestium, cum ex varia luminis commissione, differentibus radiorum concursibus fluat. Hinc cum de sole inde ostiis quoq; notissimum sit, hujus circuitu, acies, recessuque diurno & annuo varias temporum vices effici, ac pro ipsius à punctis verticalibus distantia tempora variare; ulterius infertur, reliquas & quæ planetas imperium habere in aërem pro sua quæq; natura. Saturnum à sole & terræ humiditatibus remotiorem, abunde frigescere, moderatè siccare; Martem, quia illi solaris orbis subdit, aduocare; Jovem-inter Saturni frigora & Martis calores locatum, calefacere & humectare; Venerem, quod Lunæ vicinior, magis humectare, sed quia ad solem quoq; accedit, calefacere; Mercurium, celeriter in utramque partem mutationes facere, tanquam à veloci suo cum sole, à quo nunquam recedit, mortu. (b) Pariter affertur de aliis stellis, singulares has habere idiotropias e. g. ex ortu canicula magnas in aëre fieri perturbationes, æstuare maria &c. Pleiadum occasu insurgere tempestates, in ortu mitilcere aërem &c. Arcturo emergentes procellosas cadere grandines &c. ita tamen, ut ad diversas & insignes illarum, præsertim errantium congregatus, con-

- 
- a) Jacobi Gaffarelli assertum in libro cuiuslibet, les courrofites inouies, qui vult integræx stellæ combinata in cœli facies legi, & literis hebraicis expressa esse vocabula, ex quibus facies rerum sublunarium disipi possit, examinat & doce revelli Oertelius Disp. de futuris Erfore A. 1699, habita tis.
- b) Conf. Jonsonii Syntag. med. l. i, tis. 2.

11 16

figurationes, prout vel faustis se munro felicibusq; comple-  
tuntur radiis, vel minacibus & hostilibus feriunt & infestan-  
tur, seqvantur diversi aéris motus & effectus. Ast perquam  
multi sunt, qui aliter de efficacia astrorum sentiunt, & contra-  
rio oportet hos, ac qvo illi, esse exclusos aspectu cœli, adeo  
inter utrosq; sententiarum disparitas. Qvicquid enim illi afferunt,  
laudant, extollunt, tot inductionibus, exemplis, similibus &c.  
probant, immo probationibus fermè obruunt, hoc hi ipsis spernunt,  
culpantur, rident, inanes rhetorisationes vocant, ac dictieris &  
scommatibus lepidissimis proscindunt. Nec tamen hi ipsis suis  
rationibus destituantur, quas validissimas dixeris, dum ab astro-  
rum velocissimo cursu & distantia maxima illas petunt. Qvippe ex  
calculo *Cardani*, quem multi approbant, quæque stella vel pun-  
ctum in æquatore firmamenti tempore unius pulsus arteriæ i.e.  
prope insensibili, n° 32, vel ex calculo *Tycbonis* 788, aut ad minimum  
732. milliaria Germanica transvolare necesse habet, & adeo su-  
per unum locum terræ vix minutum consistit ( quevis *Copernici*  
modus demonstrandi cœli faciem arridet, facile ex inverso cal-  
culo, quod qværunt, habebunt. ) Pariter ex calculo *Hugenii*  
terra 12000. diametrus suis à sole abest ( cuius spati amplitudo  
si milliarium numero designanda est, plus quam septendecim  
milliones milliarium germanorum comprehendit) Sive tam  
longe distat, ut, si ex terra ad solem globulus continuo feratur  
(adhibet ibidem autor mensuram globi ex majore tormento emissi,  
quem singulis hora secundis scrupulis centum circiter hexapedas  
conficiere, experimentis compertum esse statuit) tere annos 25, esset  
influnturus. Ex qvibus iponte fluit, vel determinatam aéris  
conditionem in certo loco edi non posse, vel ad minimum ul-  
tra sphæram mentis humanæ esse collocatum, specialiora de  
astris afferre velle. Tantisjam dubitationum fluctibus stellarum  
virtus adhucimmersa est, & utrinque viri pugnant, qvos cœli  
interpretes vocaveris. Qvod si in līte illa dijudicanda nostram  
exponere mentem debemus, uti qvidem præsens negotium  
exquirere videtur, non adeo difficile probatu foret, præcario  
latis ipsa nomina, qvibus astra nunc gaudent, & ex qvibus de

illorum viribus judicium fit, olim esse imposta, & revera orta  
 ex neglecta vel non satis intellecta Chaldaeorum, Egyptiorum,  
 ve cryptographia chymica, quando ceteri illarum gentium,  
 queis sacra illa studio occultabantur, ex patrio regionum illa-  
 rum ritu, facile inducebantur, stellas divinò cultu prosequi,  
 eas entia credere intelligentia, imo ipsissima esse Numinis,  
 hinc influxum astrorum divinam dicere potentiam (a), nisi pe-  
 culiari dissertationi hoc argumentum servaretus. Interim non  
 dissimilur, quomodo se nunc res astrologicae habent, nobis per-  
 fusatim esse, excessu & que ac defectu aberrari, & nimio forsan  
 disputationis cœstro nonnullos abreptos esse, hodienumve ab-  
 ripi. Hallucinantur ex nostra mente, qui astrorum vim speci-  
 alissime determinare, & hujus illiusque efficaciam tam tancte  
 exprimere, & haec omnibus pro articulis fidei obtrudere alla-  
 borant; quippe nec de sole omnium vividissimo astro adeo  
 simpliciter affirmari potest, ejus accesum & recessum constan-  
 ter sequi aeris certas modifications; eodem enim per eadem  
 signa, ut vocantur, Zodiaci, incedente, & quibus fixos certos  
 ve temporum anni terminos designare solent Astrologi, haud  
 eadem qvotannis reperitur aeris temperies. Sed pariter impin-  
 gunt, qui vel penitus nullam, excepto sole, vel his ultimis  
 temporibns extinctam astris addicunt influentiam & efficaciam,  
 quam divinitus illis concessam esse novimus & quam lumine  
 suo tam clare loqvuntur aptissimo ad filamenta nervorum  
 opticorum commovenda. Quid si tot soles, qvot astra fixa, nec  
 nim ut tales sint, qviciq; prohibet, multa svadent, annon eti-  
 am vis illis erit, à nobis tantum remotior, hinc quoque debilior?  
 Pleudo prophetarum i. e. Calendariographorum qvotidiana de-  
 lista circa astrologiam, qvia qvamplurimum ex imprudenti  
 illorum temeritate, queis auri sacra fames duram hanc legem  
 imponit, & jangere jubet, qvæ nullum habent cum astris ne-  
 xum naturalem, astronomis imputare velle, durius nobis vide-  
 tur, utpote qvorum interpretes saltē videri volunt. Placent  
 verba Doctoris Schoreri, Ich kan nicht in Abrede seyn / daß  
 ist

(a) Vid. Euseb. Evang. l. 1. c. 6.

W 13  
diejenigen daran schuldig (loquitur de timore ob instantem solis Eclypsin) welche gar zu weit in der Sternkunst gehen und abergläubische/ ungegründere Dinge auf die Wahn bringen / da wenn das gemeine Volk/ welches am meistern und am liebsten in den Calendarien liest/ und ohne das vorwitzig ist / auch gerne was selrames höret/ leichtlich angesteckt und beredet wird/ das dicas und jenes alles von dem Kaufe der Planeten verursachet werde. Bekannt ist es/ daß ich schon über die 14 Jahr mit dieser Kunst umgehe/ meistenthalts aber und sonderlich die letztere Jahre mich besonnen in der milderen Straße zu bleiben/ und den astrologischen abergläubischen Regeln, derer viel seyn Abschied zu geben/ wie ich denn schon offnahm ostentlich geflague/ man mache es zu grob/ die vermußliche Sachen gebe man zu gewiß aus/ und schreibe beynahe das geringste Ding den Stern zu/ und hole es von ihm herab. (a)

S. 7. Medium ergo tentire in hac controversia tuisimum esse videmus nec aliter possumus, cum etiam effluvia globi terraue sint, qvæ aerem tot millenis modis invertunt, Planetis tamen, qvæ corpora sunt magna mole & extensione constantia, dum accessu suo ad globum nostrum, vel recessu atmospharam illas inter & terram existentem nunc in arctius spatium cogunt, nunc denuo largius idem concedunt, & insimul mutuatio lumine quo æq; ac terra nostra illustrantur, proximiorem atmospharam attenuant, qvædam in aereum potestas est. Sed omnium maxime astrorum splendidissimo Soli concedendum est quod moleculas aereas non modo ad motum cogat, sed hunc variè modificando, tot illas rerum & temporum formas edere, effacaciter incitet, qvia vividissimæ indolis, perniciissimi motus, & nunquam non præsens est. Evidem ejus magnitudinem accurate determinare nondum aliqui concessum est, illustre enim illud fidus, ut Cassiodorus (b) ait, evetioris longe conditionis situs, et quam ut ipsum attingere aut aequi licet exquisita illa mensura; nec formam exprimit.

(a) In den Erinnerung von bevorstehender Sonnen Finsternis und Ablösung von der daher entstehen den grossen Dürcht Ulm. 1654. (b) Conf. Eimmartus de Sole,

mere hactenus licuit, adeo eius splendor oculorum nostrorum minus lumen obfuscat, in machina vero helioscopica, solis facies excepta, disci magis formam, quam sphaera seu globi similitudinem refert, quam ultimam illi competere nemo Astronomorum in dubium vocabit. Sufficit ergo, radios, qui ejusdem cum illo substantiae, tenuitatis & vivacitatis esse purissimum suus candor docet nobis propinquiores, melius vel quoad effectum innotuisse. Linquimus anxiā illam lucem inter, lumen, & radios distinctionēm (a) una quippe lux est, æqualis lucis virtus nec illud radii lucidi punctum, quod ultimum locum in peripheria telluris occupat, minoris præ illo, quod in centro solis existit, virtutis arctitatis perennitatis est. (b) Sed quod modi, quibus illa lux telluri communicatur, varii sint, ab atmospherae potius quam lucis dependet particulis, nunc magis, nunc minus huic obtemperantibus. Materia ergo solaris (lumen, lux, radii hæc omnia nobis erunt synonyma) si non in infinitum, in indefinitum tamen activitatem explicat (c) Apparet illius virtus, (ut mittamus quæ communis physica de Heliotropio omnibus horis cum sole se convertente, Ornithogalo ter de die ad solis lumen floris colorem mutante, præcario satis refert) ex maxima distantia, quæ corpus solare & tellurem interjacet, (de qua in præcedentibus actum est,) sed quâ non obstante illa à raduis in regno minerali subjugantur, quæ firmissimo non nisi ignarent, & illa coercentur, quæ omnem alium ignem respiciunt modo magis collecti, & ad focum ut vocant, seu centrum coæti sint; id quod uistoriis speculis, vulgo Brenspiegel, communiter fieri sivevit (d) Tali apparatu ligna videoas aqua prius maderata statim in flamas ruere, lapidem scissilem liquefescendo in vitrum

a] De qua vid. Pby/. Gotiana l. 2. part. Spec. c 3. (b) quæ plura circa illam distinctionem corrigi merentur, vid. in Hamel; astron. physica l. 1. e. 1. c] Aneius splendor sedem beatorum attingat, sat curiosè inquirit Franciscus Valesius in Sacra philot. p. 47. d) An per glaciem illud quoque obtineri possit, quod vult D. von der Bechtia filius.

vitrum nigricans abire, vas argillaceum aqua repletum, hac ebulliente colligunt scere, lateres coctos ex candefieri, asbestum in vitrum transire. (a) Ex tali insuper activitate fluit argumentum contra illos, qui viam solis se ultra radices procerarum arborum, i.e. ultra decem circiter pedum profunditatem extendere negant; rectius illis sentit *Eimmartus*, quem virum in astronomicis studiis sine pari vocat *Mollerus*. (b) qui portionem solaris naturae etiam in situ intra corticem telluris residere affirmat, & ita loquitur: *Cogita diametrum totam telluris esse numero rotundo millaria 1720.* *demus spissitudini corticis telluris 60. millaria in perpendicularo, an-* non sat spaci mundo subterraneo competit? est ne possibile ut profundissime metallorum fodine, non dicam 10 millaria, saltem unicum emeriantur? *Duplicentur* hoc 60 millaria, at sicut 120 quia ablata à rota spissitudine globi telluris relinquunt 1600. Putesne per totam profunditatem hanc esse molem opacam inertem? *Cogita im-* munum aequalis lucis solaris in supra memorata distanza, telluris à sole; nempe duodecim mille diametris suis, quid est, i. ad 12000, cui torus telluris globus instar punctuli minutissimi innaret? — an non cognoscet ipsem, nullam dari proportionem hujus opaci cor- ticis telluris quamvis effet tenebris offissimus ad tam incomprehensibilem lucis visitarem, (c) Imo audacius pronunciamus, ignem illum, quem subterraneum vocant physici & distinctum ab omni alioigne volunt, nonnisi prolem esse hujus lucis solaris in abyssa terra abeuntis, nunc in montibus ignivomis lucentem, nunc sedulum in thermis, fusionibus metallorum, vegetationibus plantarum & vegetabilium, segregatione atomorum atmosphaeram intrantium, prout diversa objectorum constitutio, materies magis minusve obsequiosa, fere illius viribus submittit. Evidem- gis non latet, longius fore iter radiorum solarium ad hoc pra- standa, fed etiam si longissimum sit, immensum pariter solis corpus est, quod illos mittit, & vel maxime radii, quia à globoso corpo- re procedant, quo longinquiūs à centro pergunt, eo majores de- cussatim eundo, & in se te quasi remeando acquirunt vires. Qvod attinet

(a) *V. Acta Lipsiensia Anno 1691. p. 18. (b), Disp. de annulo*  
*terreni, §. 16. (c) cit. loc.*

attinet tenuissimam radiorum solarium indolem, eqvidem Digbeum  
 Anglum gloriari esse solitu noyimus, se postflorem esse pulveris  
 rubicundi solaris ex radiis solis collectu; item David von der Becke  
 acidos illos pronunciat; (a) ast illuc dubium manet, annon sint  
 particulæ atmosphæræ condensatæ, mixtæ illis, qvas vas radios  
 recipiens largitum est? hic liceat Viro candido objicere, prout  
 ipse ait, Se ex nimio amore Alcali aquam statuifle Alcalicam, ex ni-  
 mio amore acidi jam voluisse ipsum Solem acidum. Tenuitas  
 radiorum solarium ex illo motu satis constare potest, qui fit eti-  
 am in concretorum compactissimis corporibus, v. g. gemmis, ac  
 illarum solidissima adamante (b) Pariter variantes in Turcoide  
 gemma maculas (c) Phosphorum smaragdinum (d) hinc inde  
 in Mufæis offendes; quo spectat lapillus Clementis X. (e) in quo  
 macula sole oriente oriens, occidente occidens ad ejus  
 motum circumacta fuit. Pergimus ad adstruendam materia los-  
 laris præsentiam, qvod per totum etiam nocturnum tempus adi-  
 & facile probabitur, modo illa animalia observemus, qvorum  
 oculinoctu, ac in tenebris æque imo accuratius, ac interdu-  
 objecta visibilia dignoscunt, & luce quadam fulgere videntur,  
 ut sunt feles, cincindula, & contemplemur ligna putrefactia,  
 noctu splendorem fundentia: siqvidem labor Bohnii (f) & Boilei  
 (f) evictum dederunt, non ab innata luce, sed ab ea qvæ in at-  
 mosphera hæret, splendorem illum esse. Et annel vel de igne  
 culinari notum, illi appositos cibos, licet jam remoti sint, serva-  
 re adhuc dum calorem, seu particulas ab igne sibi immixtas, item  
 frigefacto qvamvis fornace, conclave adhuc calescere? Hæret  
 scil, residua luminis pars [ qvam Hobbesius lucem secundam vo-  
 cat, radios invisibilis Hannemagnus (g) occidente sole in at-  
 mosphera, sed qvia illa à parte solis centrali, utpote Horizon-  
 telluris à centro solis aversus est, seu solis discus sub Horizontem  
 demer-

(a) In aman physico. (b) Boile Diff. de absolute quiete in corpore (c) idem  
 de coloribus (d) Acta Erud. A. 1682, mens. Febr. p. 354  
 (e) Cardanus de iudicio astrologico. (f) Circuli anat.  
 physiolog. progr. 27. (g) tractat. de color. (h)  
 Diff. de econ. corporum naturalium. p. 17.

17

demersus, non adeo vividè premitur, & tam constipata non est  
ut radii à sensibiliū punctis prodeentes ad retinam usq[ue] oculū,  
prout de die assolent, penetrare q[ue]ant, oculus humanus  
communiter nihil de eo persentificit, nisi statuere velimus suffi-  
cientem esse pro noctambulonibus, q[uo]d mira in tenebris per-  
agere historia volunt. Accedit q[uo]que, q[uo]d medium per  
qvod transeunt, non ita ut in die diaphanum sed atmo-  
sph[era] ab effluviis tardius jam motis & sibi q[ua]si magis incum-  
bentibus densior & opaca sit: radiorum ergo incidentiæ re-  
cta ob illam tortuositatem franguntur & immutantur. Auge-  
tur vero admodum commode h[ec] residua materiæ solaris ma-  
sa, à luce stellarum fixarum nativa, & mutuatur illa Lunæ,  
ceterarumq[ue] planetarum; utraq[ue] enim, illa q[ui]a remotior,  
h[ec] q[ui]a jam reflexa & impetum in planetis sustinuit, s[er]vavit  
motum celeriorem moderatur per diem aeri inductum, & ita  
effluvis aq[ue]is, salutandi atmosph[era]m, faciliores vias parat.

S. 8. Omnibus nunc istis prælibatis & prolixius ex-  
positis, q[ua]e atmosph[era]e, q[ua]e luminis conditio sit, prope-  
ramus ad demonstrandum, singulas illas nostræ aeris mutationes,  
qvarum S. 3. mentio facta est, citra occultarum & his oc-  
cultiorum i. e. magicarum causarum auxilium, fieri posse, imo  
fieri, & ex conoubo, proprietatibusq[ue] cœli & terræ redundare.  
Qvod si enim radii magis paralele & per longum temporis  
spatiū è centro solis in tellurem sunt directi, id q[uo]d sit in  
nostris oris sole tropicum canceri salutante, non potest non  
atmosph[era] ab illis vividissime agitari, expandi, & d[omi]n[u]m hujus  
particulæ magis circa proprias axes moventur, ad sensum tactus  
nostrí phænomenon caloris oriri, q[uo]d tempus æstatis nomine  
circumscribimus. Qvod si vero radii oblique magis accedunt,  
& per brevius temporis spatiū, ita ut à solis centro haud tam  
vivide in terram nostram ejaculentur, q[uo]d contingit Sole  
circa tropicum capricorni existente, minor q[uo]que atmosph[era]  
circumgyratio, & particularum motus est, ex quo sensus  
nostr[us] de frigore judicat, & quale tempus Hyemem dicimus.  
At q[ui]a effluvia e globo terraq[ue]o, ut supr[ea] evictum est, divi-

sum

48

suu cum materia solari imperium habent, nunc motum illum  
nimium moderantur, nunc nimiam quietem arcent. Hinc ratio-  
nare astus, qui in ipso solsticio astivo satis vehemens foret,  
moderatus tantum sit, quia non statim auscultant moleculæ illæ,  
aut torporem suum per hyemem contractum excutunt; acce-  
dunt effluvia à nivibus sensim liquefactis, ut ita faviter aer  
temperetur, ac amoenitate sua homines reficiat, id qvod in-  
verò obtinet. Pariter ne circa solstitium brumale solis centro  
magis magisque à terræ superficie recedente, statim hyems  
& grave frigus irruant, obstaculo sunt moleculæ illæ per omnem  
statem motui alveta, utpote quæ non statim habenas audirent  
prælertum quia relicta à præcedaneo calore particulae lucis ad  
curlum nunquam non incitant, id qvod Autumnali tempore  
contingit.

§ 9. Humidam atmosphæræ faciem freqvens reddit  
effluviorum aqueorum præsentia, qvorum tamen facies, quia  
non temper eadem, nec illa eundem vel occupant, vel retinent  
ubivis locum, hinc sub distinctis nominibus innoscunt. Illæ  
quippe particulae aquæ, quæ vesperi, de nocte, item summo  
mane turgunt, sed quiete in tantum atmosphæræ, ex di-  
minuto radiorum solarium impetu & particularum atmosphæræ  
constituentium appropinquatione, altius tendere nequeunt,  
in terram relabentes ubi obviis graminibus, herbisve facile  
adhærent, Roris nomine salutantur: quando illis altius ire con-  
ceditur, ut in altiori atmosphæræ regione hærent, nebulas  
formant, & dum lumen magis temperant crassum aërem inter-  
runt; qvod si adhuc altius pergunt, & in superiori atmosphæræ  
plaga congregantur, & præ opacitate sua sub obtutum ve-  
niunt ut corpora formare videantur, Nubes audiunt. Elevatae  
vero, quando pondere atmosphæræ subiacentem superantes,  
lapili gravissimo una ruunt, sub vocabulo Nimbi intelligun-  
tur, si illo moderatius, Imbres vocantur, & dum qvod magis  
consuetum aere substrato leviori elabente guttatum stillant, Plu-  
vias dicuntur. Ast quia in descensu varia iterum forma se-  
fitunt, ac nunc in particulas lanarum floccis similes discep-  
tunt, nunc

nunc in duritiem coactæ, nunc telarum aranearū instar carptæ,  
 hinc inde objectis adhærescunt, vel ad terram appellunt, illic  
 Nives, istic Grandines, hic Pruinam dicere aleti sumus, & to-  
 tidem vicibus de Atmosphæræ indole humidiore judicare sole-  
 mus. Qvod ætiologiam aeris siccioris spectat, hic se se ficit vel  
 quando hærentes quam plures aquæ moleculæ in tugam cien-  
 tur, & in plagas, unde accessere, repelluntur; vel quando  
 occlusis illarum fontibus parcus surgunt, idque hyemali tem-  
 pore, quando quo asperiori frigore terra infestatur, & gelu  
 constringitur, eo puriore experimur aerem; vel tandem illis,  
 quæ surrexere, robore luminis accendentis attenuatis, id qvod in  
 estate obtinet, quando obfusca atmosphæra sole oriente sere-  
 nior fit & tenuior, & simul, quia in tantum abatit, vel si ma-  
 vis subactis aquæ moleculis radiorum liberior accessus, nobis  
 gratior circumfunditur.

§. 9. Omnes attamen hæ modo dictæ aeris metamorphoses,  
 modo citius, modo tardius, modo magis, modo minus irruunt,  
 & accedunt pro ipsius aeris motu progressivo, quem Venti no-  
 mine naturæ ruspatores indicant. Varius certe hic est, & incon-  
 stans, ut certi quid de illius ordine asseverare velle, ultra captum  
 mentis humanæ esse positum, haec tenus plurimis sit persyalum.  
 Ingenium sapiunt, quæ D. Mariotte, Gallus & Academiæ scienciarum  
 Membrum, de circulatione ventorum monet, ac si Pa-  
 risis & in ejus urbis Vicinia venti intra 14. ferè dierum spatium  
 absolvant circulum quendam, successive ex omnibus horizon-  
 tis partibus spirantes & hoc cum periodicis Lunæ phasibus; in-  
 quollis, nisi qvod correspondentiam cum Luna observare haud  
 potuerit, subscribit Cl. Sturmius (a) sed nobis, qui idem experiri  
 voluimus, & per triennium istis observationibus insudavimus,  
 non æq; felices esse licuit, ut in nostris oris effectus, illorum  
 astro responderet: quin, si aliquando ita ventorum ordo  
 sepe habuit, per plurimam tamen partem anni hunc plane, nunc  
 per alios gradus retrogradum, nunc inversum illum viderimus,  
 ceu Schema observationum nostrarum nisi brevitas illud exclu-  
 deret

106

deret; apponere vellemus. An Cokio & Glüteriana meteorologia, cuius mentio fit in observationibus Hallensibus (a) certiora sit circa ventos allatura tempus edocebit. De effectu tamen ventorum, seu aeris temperie hoc illoce ventorum flante, firmius qvippiam statuere licet. Scilicet, moto ab oriente aere, ferentiam gratam quandoque haud fluxam nobis circumfundit, sed qvæ extivo tempore calore, per hyemem intenso frigore gravis; occidentales ventos nunc pluvias vehere, nunc nives; septentrionales frigidiori eqvidem, nec tamen adeo madida aura accedere; Austrinos omnium qvæsi medium tenendo calorem humiditati maritatum caufare. Verum hæc, ratione nostri climatis qvod inhabitamus, intellecta volumus, cum pro temporum, locorum, aliarumve circumstantiarum diversitate varient, & ex plagis, qvas transeunt, & harum particularum societate ad modum & diversitatemq; ingantur. Qvod si moleculæ hæc aereæ vel magis sibi implicatae sunt, quando ad motum urgentur, vel impreso jam illis motu, obstracula habent, qvæ liberum transitum arcere valeant, ut sunt nubes, pondere suo subiacentem atmospharam jamdum prementes, montes in alum protensi, sylvæ arboribus spissè consitæ, urbes, castella in editioribus præsertim locis erectæ &c. non modo ex collisione particularum propriarum sibilis ille oritur, qvi aures qvatis, sed

passim.

Horrisono impulsu radicitus eruta terra,  
Multæ cadit: Quercus Latè hinc sternuntur & illinc  
Robore per sylvas regio circumfremit omnis  
ceu in memoria nostra adhuc infixus est ille turbo ventorum,  
qui Ao. 1703. Mens. Dec. non modo per Angliam, Germaniam,  
imo Poloniæ & Muscoviam aliasve regiones terræ damna-  
maxima attulit & strages deplorandas edidit, prouti relati-  
ones hebdomadarie tunc malorum istorum plenæ erant, sed hic  
pariter prostravit tectorum repagula, domuum fastigia, imo  
elegantissimam turrim Nicolaitanam, cuius similem structuram  
frustra in Europa qværcet.

CAP. II.

(a) Tom. 3. Obs. 29.

## De Salubritate &amp; insalubritate Aeris,

§. 1.

**E**xaminavimus in priori capite illud fluidum, quo nec in adversa postulumus, nec secunda carere valetudine; adeo quotidianum & momentaneum vita nostræ succendiculum est. Sat anxia, sed laudabilis quoque circa illius selectum erat olim cura, & primam in morbis debellandis sollicitudinem sibi vena dicabat aer, pro morbi ratione diversimode, ut ajebant, alte randus. Qvod si hoc obtentu esset aut per difficile, aut plane impossibile, migratio fuit medicina & ægri in loca mandabana tur, aere ipsis magis congruo scatentia, ut illic se confirmarent. Romæ incolæ rheumatismis continuis pressi hinc ulcere pulmonum correpti ad loca editiora ablegabantur. (a) Alii Roma Neapolin, ex Italia in Ægyptum, Alexandriam, imo ex Anglia in Italianam, ex Italia denuo in Hispaniam itinera suscipiebant. (b) Hodie nū illud curationis momentum non sine sanitatis dispensatio, si non omnimode negligitur minus tamen & frigide satis attenditur; nisi migrationes velis allegare, quæ nunc ad thermas, nunc ad fontes acidos, ægrotos chronicò morbo medicos suos defatiganibus, ivaderi assolent, quas tamen proscriptiones & subterfugia vocare christiana charitate indignissima, ceu fecit Knoffelius, jure recusamus(e) Referas tamen hoc ceu reliquias illius cultus circa ægrotos, suffumigia, irrorationes pavimento rum &c, à nonnullis non sine sanitatis commodo pro morbi natura adhiberi iueta, de quorum usu & abusu, monita admōdum necessaria dedit Dn. Praesidis Parenis in Tract, cui Titulus est: *Der unterniesene Kranken Wärter.*

§. 2. Ast prius quam commoda & incommoda ex fluido

C 3

do

(a) Galenus l. 15. methodic. 12. (b)) conf. Sal. Cellarii orationes & antiquitates medicae c. 15. Montaltus de morbis cap. tract. 7. c. 15. p. 736. Wolff. Observ. chirurgica prima & quæ loco omnium esse potest elegans Disp. de peregrinatione sanitatis causa instituendis sub Praes. D. Hoffm. Hale A. 1703. babita. (c) Vid. fascic. medicamentorum. Ephemer. Germ. Dec. 1. ann. 6. § 7, annexus. pag. 14.

422

do illo aereo corpori nostro obtinentia recensemus, vias exar-  
minare juvabit, per quas illi accessus in interiora nostra patet;  
Ope inspirationis aerem per nares & os, porroque aperam ar-  
teriam & hujus ramos pulmones intrare & horum cellulas mem-  
branaceas expandere, Ocularis inspectio quemvis edocere po-  
test. Modo dubium manet, an per has vias sanguini per pul-  
mones erranti communicetur. Quae enim à sanguini spumofita-  
te & mineo colore, quo ille in vena pulmonali redux, pro  
alio splendet, qui in arteria pulmonum adhuc est, peti solent  
argumenta; item experimenta vel *Schwanerدام*, qui aerem  
in asperam arteriam immisum ad venam & arteriam pulmo-  
nales, facta compressione pergere afferit; vel *Trusoni*, qui  
liqvorem nigro colore tinctum ex arteria pulmonali & ad ve-  
nam & ad tracheam perrupisse tradit, non tanti sunt ponderis ut  
penitus illud quod debent omnibus pervadeant. Quidque spu-  
mositatem & mineum colorem sunt qui à pressione majore san-  
guinis in vasis angustioribus & segregatione in minutiore mo-  
leculas, quae aliam lucis largitur reflexionem & que procedere  
volunt & instantia à sanguine lienis sine novi aeris accessu coc-  
cineo colore, & alio, quam influens habuit, egrediuntur, pro-  
bant. [a] Pariter prouti *Schwanerدام* experimentum vio-  
lentiam quandam innuit, nec sine hac unquam effectum deside-  
ratum habebit, *Trusoni* argumentatio à liqvo ad aerem haud  
commodè procedit, ceu hos inter differentiam maximam <sup>12</sup>  
ingressu aeris per poros cutis. Non tamen inde movemur, ut  
statim patulas istas aeri, ceu omnis veritas libi perivisit, de-  
seramus vias, quoties attendimus ad necessarium ejus in pul-  
mones ingressum, ad citissimum quando frigidior hauritur,  
totius machinæ nostræ restauramentum & quæ ejus commatis  
plura adduci possent, quæ à sola pressione mediatâ aeris in pulmo-  
nes irruentis deduci nequeant. Et quamvis instantia illa à sanguine  
lieniari petita infringere videatur ex mineo colore hactenus  
desumpta argumenta non statim omni modo illa destruit. Da-

(a) *Vid. Bergeri physiol. p. 38.*

mus diversum esse colorem ex eundem sanguinis ex liene ab illo qui per arteriam splenicam intravit, sed utriusque & sanguini & aeris hoc adscribendum erit: illi, quantum per tot millena filaments, ex quibus lien constructus est, presso aliatacis, i.e. major tenuitas, & plures superficies conciliantur; huic, dum & hujus moleculae, quae sanguinem intrantem fuere comitatae, in minores atomos discerpuntur & sanguini ita immixtae hujus globulos velocius circum agunt, & ita lumen moderantur, ut magis reflexum colorem noltrum nobis offerat. Ita pariter in pulmonibus obtinet, ubi quamvis sanguis non adeo discerpatur, vesicularum enim pulmonalium longe alia ac lienis structura est, supplet tamen illum defectum frequentior & copiosior aeris accessus, conqvastatio exspiratione facta, & fortior per arteria pulmonalem sanguinis pulsus. Altera via deglutitio est, cujus operum saliva & cibis portio per oesophagum descendit, ventriculo communicatur huicque vicinis intellinis, ceu ex spumositate talvae, distensione intestinorum, chyli rarefentia &c, jucicare facile est. De tertio ingressu modo, qui fieri dicitur per pores cutis, videatur peculiaris *Dissertatio à Dn. Praefide hic Ao. 1703* habita. Sed quod si via, per quas aer conceditur sanguinem, salutare, dubia admittunt, quidnilis erit, circa ipsum aerem & hujus accessum? dum alti medias tantum illius particulas intrare volunt, minus aut ut *Bonnius* (a) dicit, nihil elasticitatis habentes; elasticum vero aerem si accederet, intra vas aere conjuncturum & non modo molestiam sed etiam lethalem noxam illaturum.

(b) Ut breves simus, jamdum in capite I. §. 3, allatum est, distinctionem in tres moleculas diversi generis fundamento firmo carere aut minus demonstrari posse sed omnem aerem esse elasticum; nemo ergo non concedet, si non excludere omnem aerem ex corpore velit, esse illum, qui intrat elasticum; separationis organa monstrat, quae aerem transcolent maxime illum, qui cum cibis descendit, & chylo permixtus venas lacteas permeat, ductum thoracicum ascendit, & venæ subclaviae permeat, ductum thoracicum ascendit, & venæ subclaviae

vici

(a) In circulo anatom, Physiol. program. 4. p. 60.

viet iafusus porro in corde oceano sanguinis miscetur. Pan-  
 cum quoque dixerimus, pace illorum qui contrarium statuunt,  
 terorem, ac si ex accessu elasticum molecularum aeris, sanguis  
 nimis rare fieret; nec enim omnis simul irruit, & qui ingressus  
 per sudores & excretiones reliquias corporis iterum copioissime  
 excluditur ut conjunctionis in vasis nullus metus remaneat. Ac-  
 cedamus ad effectus aeris in sanguine nostro obvios, & missis  
 quæ olim de flammula vitali, de cordis ventilatione, fuligini-  
 bus & adultis particulis excretionem efflagitantibus, &c. mo-  
 te fuere litibus, de quibus Physiologi consuli posunt; Pon-  
 mus omne negotium, quod tam necessarium, primario in hoc  
 ut sanguinis motus intellectus (quem dari, quivis concedit, qui  
 maturam fluidorum novit) secus cessaturus, continuetur; uto-  
 te ad quod officium vix commodiores fingere licet particulas  
 ac quæ aeri justo innatant. Harum certe minor moles, quo  
 sanguinem per minutissimas ambages comitetur, aptissima est,  
 & ad retundendum ex sanguine & arteriarum tunica mulcere  
 sola sibi factum impulsum per quam habilis & ita continuandum  
 accessu moliminiibus perpetuis ad cursum suum continuandum  
 horatur, & arcet, quin in grumos adeo facile facescat. Nec tamen  
 alterum emolumen, quod ex aere œconomia nostra haurit,  
 negligendum venit. Ipsi scilicet nutritio feliciter absolvitur, quame-  
 diu haec particulae aeris solidorum poros se se insinuant, expansio-  
 nes moluntur, & sanguini viam parant, & chylo in illo flu-  
 enti patentes poros servant, quos intrare, suis superficieculis se illic apponere & contactu firmiore continuante  
 accretionem procurare possit, usque dum rigiditas statu-  
 minum illam excluderit. Nec est, ut de hac illa, quam  
 aeri tribuimus se omnis fibris corpori insinuandi aptitudi-  
 ne, dubitemus. Evincit hoc carnea corporis nostri moles, tur-  
 gescent, quando aer calidior existit, collabescens iterum, irru-  
 ente frigore, cuius phenomeni ætiologia exinfluit, quod ille  
 molecule aeris majori in motu constituta, & sanguini juncta,  
 citius curriculum absolvere tentant, sanguinem magis in fibras  
 urgent & exagitant, hic contra quiescente magis aere, sanguinis  
 q[uod]

483 25 661

qvoqve cursus latus magis. Videmus ergo ex allatis, qvnam  
sit aeris & sanguinis amicitia, & qvod, qvousqve utrumqve  
illorum fluidorum iusta gaudet mixtura, debito robore, decenti  
tenuitate, velocitate congrua illa mutua sit. E contra, si vel am-  
bo, vel alterutrum illorum in uno allegatorum requisitorum de-  
ficiat, horrenda illa incommoda, corporis pernicies, & mors  
ingruant, sicuti hoc qvoad aerem fusius nunc demonstra-  
bitur.

S. 3. Eqvidem si cum *Mayorio* facere vellemus, non  
nisi nitrosæ particulae essent undique crepanda, qvas Hic præ  
omnibus aliis salibus vel moleculis aeri inesse contendit. (a) Ast,  
præterquam, qvod jamdum illius sententia examen & nobis  
inde otium fecerit *Boile*, remonstrando, tantum sexagesimam grani  
liquoris aerei partem esse sal illud nitrolum, nō umus viritudin-  
omnes atomos aereas in examen vocare, & ex illarum qualitate  
salutem vel mortem sperare. Qvod de alphabeto *Taqverus* ha-  
bet *millies millenos scribarum milliones, millena singulis diebus*  
*Alphabeta contexentes, eunque labore millic millenos anno-*  
*rum milliones continuantes, uiverja exbaurire haud posse:* (b) ad-  
hoc magis valet de atmosphæra nostra, cum illud ex numero 24.  
literarum tantum, hæc ex innumeris moleculis constet. Fit firmū  
satys qvoad salutem de aere judicium à posteriori, & ex effe-  
ctu commodius de ejus qualitate sententia fertur, qvando in  
corpus admisitus vel sfaviter sanguini stimulm addit vel illum  
in turorem agit, vel hac illac in visceribus molestus est, circulo  
sanguinis remoram injicit, aut omnimodè ejus cursum suffla-  
minat.

S. 4. Felices illæ terræ, qvæ herbis aromaticis & odore  
svari gratis undiq; testæ sunt, utpote qvarum effluvia per naræ  
introrsum, non modo novum robur spiritibus addunt, sed intra  
pulmones recepta, blando, qvi illis inest, motu maslæ sanguini  
neæ visciditatem corrigunt, incident, attenuant, & dum ita ad  
permeandum minutissima oculorum aciem effugientia vascula  
fit

D

(a) *Tract. de respiratione.* (b) *In Arithmetica sua; conf. cryptogra-  
phia Friderici p. 17.*

Et aprior, prouior etiam redditur, ut in cerebro volatiliiores particulae in majori copia secernantur, & fluxu suo jugo totam hanc machinam reficiant. Hoc qvondam phrasis voluit majoribus adeo familiaris, qvando dixerit, *halitus sive oblectare spiritus nostros*, & longævitatis ratio appareret, qva in agro degentes, præ incolis civitatum gaudent, de quo vid. *Würdigius* (a) Cluit illa fragrantia laude præ aliis terris Campania, item Delphinatus, illa odoriteris herbis, hæc Rosmarino præfertur, abundans, & qui odor per omnem annū illic constat, qvibus addas Indianam Orientalem, aromatum exclusione omnibus gratissimam. E contra ubi vel mineralium & metallorum fodinae mephitidem undiqueque spargunt, vel ubi illatorquentur, modo arsenicales, modo sulphureas, modo mercuriales, modo saturninas atomos æri admissent, hic in corpus receptus, magnas & admodum graves turbas movet, pulmones arrodit, spirituosi sangvinis moleculas ligat, in viscera penetrans, horum fibras undiqueque lacescit, unde istius atmosphæræ incolaæ frequentiores morbos experientur palpitationes cordis, hypothimias, phtisim, palorem faciei, tornina intestinorum, membrorum motum tremulum, & tandem vitam brevem. Apparet hoc adhuc magis in metallurgis, qvorum tamen strages frequentior foret, nisi rot periculis cautiiores facti puriore acerem fodinis infundere decidissent, qvod negotium vocant *Weiter in die Gänge bringen*. Spectat huc qvæ habet *Kenelmus Digby* (b) dimidiā partem eorum, qvi *Londini* moriuntur, phtisim vel peripneumonia obire, ex fumo carbonum fossilium, qvibus ad ignem alendum ibi utuntur, & addit *Lezay* idem eadem de causa contingere, lauiores veto Londinentium incolarum mutato acre cum Parisiensi brevi convalescere.

§. 5. Nec ignotum, loca uliginosa & qvæ paludibus scalent, inter salubria minus referri solere. Hinc Arelatenenses paludes ut incolis infestissimas acerbe deploravit *Frane. Valerius* (c); quippe humiditas illa exundans, cui se se fœculenta miasma aeris qvi respiciunt, requippe pus & nimis cito

(a) *Libro de Medicina spirituum*. (b) *Libr. de Sympatia* (c) *Lett. commun. lib. 2, cap. 4.*

43 27 60

miasmata sociare , & crassiorē atmospharam reddere solent,  
non modo externa in corporis habitu laxat integumenta, sed san-  
gini quando juncta sunt, novis cera & fibrarū tonum iabetant,  
secretiones inde tardius fiunt, motus in arteriis magis latus, &  
ipsa massa sanguinis fit vappida. Inde est qvod post hyemes plu-  
viōsas e vena ducētus sangvis squalidus sit ac fœtidus coloris. Sic-  
cior illi omnino præterendus , modo non debitum & pro acti-  
vitate ipsi necessarium humidum sit exclusum ; alias sero siis  
particulis ex sanguine pederentim abeuntibus, nec ab aere iterum  
refarcientis, volatiliores i. e. sulphureæ sceptræ capeflunt , &  
sanguinem citatius urgunt, unde hæmorrhagiaæ, hæmoptoses,  
febres inflammatoriaæ &c. Sed qvod si temperatus fuerit, &  
ejus moleculæ ita tenuiores, per quam commode calcaria san-  
gini subdit , & per angustissimos canales illum vehit. Talem,  
tacente Vesuvio , in Campania esse ex frequentia ægrotorum  
illic convalecentium colligimus.

S. 6. Qvod si ad specialiora adhuc descendere, & latius hæc  
prosequi libido eslet, demonstratu foret admodum facile, mutari  
& inquinari aerem à prætentia animalium v. g. Suum, Hirorum,  
Canum, qui, ultimi interioris admissionis in aulis Magnatum &  
Nobilium domibus, grative semper hospites. Qvinimo à consor-  
tio hominum hic alteratur , cum pauci sint, qui cum Alexandro  
M. balsamum spirent, plures qvos hircus , vel pedor , vel animæ  
fætor distinguit. Referas huc Cadavera, aut plane non, aut  
superficie tenus tantum sepulta , cloacarum frequentias & via-  
rum in urbibus neglectas curas , opificum v. g. figurorum, cori-  
riorum, tintororum, labores quotidianos &c.

S. 7. Progredimur ad determinandam salubritatem  
aeris, quatenus à cœlo est , & pronunciamus illum insalubre,   
qui verticalibus magis radiorum subditus est insultibus , nullam  
requiem novit , niti quam pluvia , sed etiam calidæ, qvod tem-  
pus hyems illic vocatur, afferunt. Discontinuatæ etenim ,  
& nimio motu gaudentes moleculæ sanguini junctæ, hunc æque  
cito currere jubent , hujus particulas nimium divellunt, nec  
morsæ satis concedunt ut laudabilis chylus partibus apponi, vel  
nutritio

nutritio commode fieri possit; per plures vero illarum latit  
 attenuata, qva data porta, per poros cutis in auras avolant;  
 crassiores ergo relicta & faculentiores motui illo vivido mini-  
 me pares ad littora microcosmi ablegantur; hinc ratio patet,  
 qvare incolæ vel accolæ zonæ torridæ staturæ sint minoris,  
 macie torridi, & scirrhis viscerum, scabie, elephantiasi &c.  
 laborent. Eodem, si non potiore jure, ex talubritatis classe  
 atmosphæra relegatur, qvam rarius & oblique semper radii solis  
 collufrant, nec ergo satis virium habent, ut ejus partes magis  
 sibi implicitas strenue commoveant, qvæ inde sibi magis appro-  
 pinquant, congregantur & rigiditatem qvandam acqvirunt; ex  
 quo est, ut ipse fegnes, quando sanguini nubunt, hunc len-  
 te per venas trahant, & dum gravior atmosphæræ pars periphe-  
 riæ corporis incumbit, & poros comprimendo, necellariam  
 humiditatem superfluarum eliminationem arcet, homines à  
 Tropicis remotores, & plagiæ Arcticis vel Antarcticis vicinio-  
 res, pernionibus, gangræna, iphacelo, torminibus, doloribus-  
 ve colicis, paralyli &c. item pustulis, phlyctenarum instar cu-  
 rim defœdantibus sint expositi. Salutaris præ illo-aer, qvi  
 vicissitudinibus suis gaudet, ita, ut non modo certis temporibus  
 nunc imminens rigiditas à subseqvente calore arrebat, nunc  
 excellurus iterum calor accidente frigidiori aere mitigetur; sed  
 diurnis quoque & spatio 24 horarum ita temperetur, ut qvam-  
 vis de die radius parallele magis accedentibus motus aeris inten-  
 sior fiat, per noctem e contra particula aereæ sibi magis re-  
 licta, quietiores pariter motum iterū subeundum adeo corriode  
 moderentur. Fruitur tali aura potissimum elegantissima orbis  
 pars, qvæ Europa dicitur, modo qvod iterum qvædam differentia  
 sit inter hujus regiones, qvarum nonnullæ contractiores noctes,  
 dies longissimas numerant, alia contrario modo te habent, &  
 pro hac differentia nunc calori magis nunc frigori expositæ  
 sunt. La'gimur statim, illa loca præ aliis prærogativam ha-  
 bere, qvæ vicissitudes modo dictæ non omnino graves ex-  
 periuntur, si comparatio instituatur illarum inter & extremæ  
 rum terræ plagarum tempestates; qvo in Italia, hujusve Distri-  
 gus

flus Mediolanensis terræ Venetæ cluant. Sed non omnis sa-  
lubritas istis angustis cancellis est includenda, qvin misis, qvæ  
de aliis Europæ partibus moneri possent, qvædam septentrio-  
nali bus terris erit concedenda, iis præsertim, qvæ non vicini-  
sime circulo Arctico, cum, sialibi, hic homines sint longavi,  
proceræ staturæ foeminæve tocundæ. De Svecia habet Olaus  
Ruabekius(a) illic tantam esse hominum fertilitatem, ut fœmina plu-  
rime ordinario 8. 9. 10. 12. imo 14 pariant infants, nec rari  
qvid esse, quando pariant 18. 20. 24. 28. Et 30. Ex sedulis, quies  
cum, qui baptizati fuerunt ac qui mortui per annos 73. seculi elapsi  
se colligisse ait, termino tr. parochiarum homines 232 fuisse, aut  
jamdu[m] mortuos, aut adhuc vivos, quibus, qui minimum spatium  
vixerit, attigisse annum 90 alios ad 140 annos accessisse, item binos  
se comperisse, qvorum alter vixerit annos 156, alter 260 Et nepo-  
tes viderit usque ad septimam generationem; in illo memoratu di-  
stincto fuisse 860 homines annorum 70 Et 80, nec insoliti quid esse,  
illic videre homines 100. annorum. Potiori jure extollere lice-  
bit septentrionales Germaniæ terras qvibus præ Svecia benignio-  
res sunt solis radit & constantiores, & qvarum tellus herbas,  
quando solis radit, fert. Dolemus Tacitum adeo fini-  
stre de his sensib[us], quando plagas septentrionales terris infor-  
mes, montibus alperas, cultu aspectuvel tristes, in univer-  
sum sylvis horridas aut paludibus foedas esse voluit; avtopsia  
qvippe & iter per has terras contrarium ipsum docere potuisset,  
nisi velimus interpretari illius verba de remotoribus septentrionis  
locis. Solum frigus est, qvod objici possit, & qvo hæ terræ  
per aliquot menses premuntur; sed tantum abest, ut molestum  
sit, qvin inter salutis præsidia ab incolis habeatur, & multo  
alacriores ejus incolæ sint gelu quando omnia constricta; imo  
tunc qvidem in aere liberiori diverticula & lusus qværant. Qvippe  
ut in Capite priori iam demonstratum est constricta-  
terra non tot atomos terrestres aeri immiscer, qvi hinc defec-  
tior corpus ingreditur & functiones suas subit. Pariter ut  
pori corporis à frigore constricti frequentissimum illum spi-

rituum è sangvine abitum inhibent, & secretionibus in viscerebus maximum pondus addunt. Qvōd si tamea frigus illud molestum esse videatur, præsertim tenuioris texturæ hominibus, perqvam commodè norunt incolæ lignis ubertim foci & caminis appositis illud moderare. Ex qvo est, qvod incolas septentrionis præ alijs beatiores vocet Goclenius. (a)

§. 8. Maximum pariter pondus in ferendo judicio de aere, an salubris vel non, residet in hujus motu, prout, ille, vel moderatus est, sibi inherentes particulas, faviter circumactas placidè pulmonibus tradit, vel vehementior, hinc inde violenter atomos abripit & elonginquo affert, hominie obtrudit, vel etiam minus justo moverit, & intra cancellos inclusus est. Omnim pessimus hicultimus est, qui instar aquæ putridam faciem contrahit. Humidiiores, qvæ illum compoununt, exhalationes, sensim sensimqve fibi accumbendo, fiunt lentiores & in polipos quasi abeunt, exqvo lentore videri sangvinis pars sit major, vesiculæ pulmonum nec decenter dilatantur, nec iterum collabi possunt. Freqvens talis est in cryptis, locis subterraneis, & qui carceribus destinati sunt. Sed qvoqve de Austria, nisi ventosa sit, constat, qvod veneno sa habeatur, æque ac de Avenione, Gallis Avignon, hi verius leguntur :

Wenn in Avignon nicht ständig weht ein Wind!

So haust Marbona da / sampt ihrem Hoff-Gefind.  
Ex diverso vero aeris motu, & accessu per varias terras per tot maria omnis illa differentia fluit, qvæ inter Austrum & Aquilonem, inter Eurum & Favonium, intercedit; imo qui his terris salutaris, aliis infensissimus sit. In Hispania Solanum sive ventum Orientalem plerumqve molestum est, tantum in Murcia saluberrimum, *Aloësa* refert. Judæis septentrionalem infensum satis fuisse ex eo colligimus, qvod omne malum & Diabolum imprimis Aquilone designaverint, (a) & hinc fortean satan hellenistis *βίρρης* dictus fuerit. Qvod si de nostris loqui velimus terris, experientia testatur, loca, qvæ Autro

(a) *De vita præroganda* p. 20.

31

Auctro mágis patet, minus esse salutaria, qvippe ille humidissimis  
ribus semper gravidus est in moleculis, qvas exhalatio maris Me-  
diterranei auget, & calidior paulo, eo facilius putredini ansam  
preber. Terra, qvas Subsolanus perluit, cum siccitatem per va-  
ltissima Aix loca contraxerit, certis temporibus à nivibus,  
juga Moraviae, Hungariae, Bohemiae occupantibus temperatam,  
pariter ad classem salubrium referendæ sunt magis ac qvæ Occi-  
dentali expositæ sunt, humorem ex Oceano Altantico raro de-  
ponere ivero. E contra loca qvæ Septentrionalis perstringit, salu-  
ria magis iunt, tum qvod in plagiis nivosis surgit, hinc humili-  
das quidem afferit, sed qvæ motu illo vehementiori & veluti  
periculoso continua magis magisqve attenuata sunt, cum, qvod  
fus ex gelido allataz molecula siccqve magis constrictæ & gra-  
viores in illas ab Australi plaga allatas, humidores, minoris  
resistantie irruunt & demto æquilibrio, in fugam conjiciunt,  
adde qvæ paulo ante de commodis ex frigore in his terris ad-  
duximus.

§. 9. Qvod si ergo salubritas aeris non nisi respectu  
habito ad diversas terræ & coeli facies determinari firmiter po-  
test: supereft, ut & de illa loqvamur, qvam individua & homi-  
nes pariunt. Ut enim terras monstravimus, sic homines vi-  
derus divertæ esse indolis, & si alibi, hic consuetudinem  
multum posse. Dantur, qvi Upupæ instar svavi vita in sterqui-  
lineis fruuntur, qvi tetro & foetido aeri sic asverfacti, ut illum  
non solum libenter ferant, sed in alium, puriorem delati, cor-  
ruant, ac lipothimias patientur. De servo (a) qvodam carnaifi-  
cis Wittebergenis refert Salmuthus, qvod pharmacopolium  
qvædam comparandi gratia intrando ex odorum fragrantia exa-  
nimis factus, nec prius præstantissimis aquis vel balsamis resti-  
tutus fuerit qvam ab ipso adveniente carnifice ad cloacam de-  
ductus. (b) Tantum est aeri asvetum esse, deteriori qvamvis

82

(a) Centuria 3, Obsrv. 71 (b) Conf. camp, Eliſ. jucundarum qvæst.  
qvæſt. 93. Lemanius de occuli ſi rerum miraculis l. 2. c. 2.  
Zacnius Lufitanus l. 3. præx. mirand. obs. 99

plurimis exteris nocivo; id qvod insuper ex morbo singulare patescit, quem Helvetorum quamplures patiuntur. Hi enim in exteris regiones missi, & ita aura patriæ, quæ tot montibus inclusa, vix salubris est, destituti, morbo corripiuntur gravissimo, in quo frequentissime ingemintant: ita ut heim isti in heim unde ipsis vernacula das heim Web Gallis la maladie du pais dicitur, nec à quo, nisi in patriam missi, convalescunt, quin frustaneis omnibus remedii tabe supremum in exteris oris diem obeunt, (a) Sicque Aristotelis verba confirmant, qui consuetudinem mutantem idem pati vult, qvod præscis in aere, aut homo in aqua, & salutem esse ad illam redire. Referas hoc expeditiones ad recuperandam terram sanctam tam copiose institutas, ut Occidens in Orientem transisse vita sit, sed quæ populorum multitudo, à saviore licet illic aeris indole, ait advenis peregrina, perit; & hodiendum Galli idem fatum in Italia experientur, ut in proverbium abierit: Italien ist der Franzosen Kirchhoff. Dixerimus etiam hoc de Germanis in Hungariam tendentibus.

¶. 10. Siluimus haec tenus, necnulla à nobis mentio facta est illorum commodorum, quæ mens humana ex aere capitur, si quis alius, hic noster scopus est, quo in simul omnian quæ in antecedentibus fusius fuere proposita, collimant; unice licet innoteat, quæ quantum ingenia à se invicem ratione aeris quæm hauriunt, differant. Eqvidem lubentissime concedimus & confitemur, mentis nostræ naturam & essentiam non tantum nobis, aut omnium seculorum Philosophis, cuius cuius tæctæ addicti sunt, sed & ipsi menti incognitam esse, quævis hæc volendo, nolendo, affirmando, negando, judicando, uno verbo cogitando perpetuo occupata se esse naturæ intelligentis satis probet; imo dum illas operationes peragit, quæ materiae nullatenus competere possunt, se immateriale esse, arguat, sicque nexus ille, quo inextensum cum extenso, aut spirituale cum corporeo arctissimè jungitur, pariter latitet; & hinc attactus

(a) vid eruditam Disp. de Nostalgia oder Heim-Webet sub PTA.  
sia, D. Harderi ab Höffero Basl. habitam.

33

attactus ille corporeus , qualis aeris esse debet , & qve latiter;  
vihilo minus , dum magnum illud corpus inter & illum com-  
merciū , ex quo unius in alterum vis atqve impetus , mens  
ex arcata illa coniunctione similis est militi , per le satis forti &  
strenuo , si soli concederetur cum hoste suo dimicare , sed qui  
aliis copiis immixtus , communem desidiæ notam invitus fu-  
scipere cogitur . Seqvitur scilicet corporis fata , & pro hujus  
motu & activitate faugvinisve indole sua commoda vel incom-  
moda sustinet . Etenim sunt verba Hofmanni (a) quo purior  
tinctura sanguinis vitalis est , qvò mixtura elementorum ejus  
magis congrua , eō ingenii promptiūdo enītēt , & nice versat .  
In aeris itaqve temperie ēvφia illa consistit , quam veteres Vi-  
ris fortibus necessariam voluere , & pro dono habuere maximo  
quo Dii qvemqā beare solebant . Imo in illa ratio & methodus  
latitat , qvā homines sapientiores & ingeniosiores reddi possunt ,  
& Cartesio haud inepte ex Medicina qvæsta , [b] sed jam du-  
dum ante illum ab Hippocrate indicata , qvi docuit prudensiam  
in sanguine confidere , & ex diæta (cujus pars maxima aer est)  
aut meliorem fieri animam , aut deteriorem (c) Adhuc Hofman-  
nus animam nibil aliud esse contendit , quam aerem , variis po-  
tentiss immaterialibus , valde activis , & distincte operationis  
imbustum (d) Aetiologya allatorum ex principiis physiologi-  
cis commodè fluit . Constat qvippe vinculum , qvod animam  
inter & corpus intercedit , esse fluidum qvoddam maxime  
mobile & subtile , qvod ex velocitate actionis , qvamvis cor-  
poreum sit , spiritus nomen obtinet , qvo salvo & integro ,  
& sufficienter præfenti omnes illæ actiones , qvas anima mo-  
litur , decenter & alacriter fiunt , sed qvo lato , vel membris sub-  
tracto , illæ pariter fiunt imperfectiores & magis langvidæ .  
Est fluidi hujus productio in cerebro , an in plexu chorideo  
an in ventriculis ? jam mittimus : arteriis sanguinem , qvæ il-  
lorum

E

(a) In Programmate Disp. de Somnambulatione premisso (b) Dis-  
sert. de Methodo Sccl. 6. (c) Libro de Dieta Sccl. 6. §.  
24. & 33. it. de morbo sacro tit. 8. (d) Disp. de Medico  
sui ipsius. §. 8.

torum materia est, copiose illi advenientibus; cuius moleculæ dum per exilissimos tubulos & canales ire coguntur, sensim magis attenuantur, fiunt subtiliores, & tandem illud, quod dividimus, fluidum, constituunt. Quantum vero sanguis aer debeat, nolumus ex priori capite repetere, hoc tantum addimus quod, si sanguis Vappa lese instar habeat, [est vero talis quando aer crassior] ceslet statim viscerum vigor, particulae spirituosiores deficiunt, nec in cerebro, ea qva decet copia, secerni possint. E contra si vividus & floridus fuerit sanguis, motus ejus intestinus ab aere servatur congruus, staminis pori viscerum sunt patentiores, tœculentæ in locis debitæ partes secedunt, & iste, qvi cerebrum perluit, sanguis jam tenuis copiosissimam materiam in spiritus illos dictos faciliter negotio abeuntem, subministrat, qvibus anima sufficienter instruenda, felicissimè & promptissimè actiones suas absolvit. Haud ergo miramur amplius qvare in Tyroli, Carinthia, superiorique Styria homines Boeotiorum instar stupidos pro creari observaverit Gerbezias, (a) cum illis nunquam non aet sit humidus & putridus? Et qvare Attica tellus insignem Doctorum & solertium hominum proventum protulerit, cum cœlum illi nunquam non fuerit tenue ac purissimum? Jam dudum *Vitrinium* hæc intellexisse judicamus, qvi Romam inde judicat orbis terrarum imperio fuisse potitam, quod in egredia & temperata regione sit collocata, hinc consueta, barbarorum vires, forti manu Meridianorum cogitationes reprehendo. (b) Nec inelegans argumentum est, quo ex *Perrus Petit* Amazones fuisse judicat, a climate regionis, quam incoluerunt, & quod illis animum & vires addiderit, petitum. (c) Certe qvæ hodienum adhuc est inter Gallos, Germanos studiorum differentia, de qva *Siruvius* proixè agit, (d) illa diversæ aeris indoli est tribuenda, quam intellexisse satis videtur *Cartesius*, dum natione Gallus, ut vagos spirituum motus

(a) In *Chronol. medie. Ao. 1. p. 23.* (b) *I. 6. Architect. c. 1.* (c) *Dissert. de Amazonibus.* (d) *Introduct. ad notit. rei litterar. pag. 5.*

35

motus temperaret, & constantiorem sedulitatem sibi conciliaret patriam reliquit, & in belgio frigidis humoribus Galliam superante domicilium constituit. (a) Longius foret, & forte à scopo nostro alienum, addere, quæ de Ephraemitis sacer codex testatur Judic. XII. 6. eos haud scibile efferre potuisse, & inquirere an hoc unice loci Ephraemitarum dispositioni adscriendum sit, seu R. David Kymchi (b) jam olim voluit, & in quo subscribere visus est Cardanus (c) qui pro aeris vel montium & soli ratione evenire contendit, quod alius loci incolæ dorus, alius mollius verba sua pronuncient; item, an impotentia pedum, quæ incolas Athenienses olim vexavit, aeris sit tribuenda? servamus hæc in aliud tempus.

### CAP. III.

#### De salubritate aeris Rostochiensis.

S. I.

Nunc porro ad locum ipsum contendimus, in cuius gratiam priora fuere allata, i. e. Urbem Rostochium dictam, visuri quanta illa gaudeat præ aliis plurimis urbibus aeris salubritate. Etymologiam nominis vix Oedipus veram dabit, mutata enim linguae indeole, quæ circa fundationem fuit, simul vocis primæ originem evanuisse verisimile admodum est. Quæ à Rosis vel Horto rosarum, quo olim campus ante portam Lapideam vulgo Stein-Thor situs, cluit, sit derivatio, ita ut Rostock auidat, quasi Rosen-Stöck/ aut Rosen-Stadt recentior certè est quam ut primum nomen urbi conciliare potuerit; tam grata tamen, ut ingenii cultissimis ad illius laudes canendas admodum arriserit & hodienum arrideat. Nec desunt, quæ originem vocis in phrasí Roden i. e. eradicare, querunt, cum vox Roden von Ausroden/ hodie raden descendat, ut Rostock urbem significet, quæ in loco quendam arbustis gaudente, his eradicatis fuerit locata, eine ausgerodete Stadt. Senatori hujus

E 2

urbis

(a) Raiherus in posit. juris Rist. A. 1693. habet. p. ult. (b) Bernhardi Schmidt exerceit. (1.) de linguis Lips. A. 1654 habita c. 4. S. 6. (c) libro de subtilitate.



urbis Prudentissimo Joh. Georg. Wulffen Viro in Antiquitatibus Patriæ admodum versato, placet, quæ vom Reden Stock fit nominis acceptio, ac si genus pectorum Varna littora quondam incolens columnam, rubro colore infectam, sibi posuerit, ad conventus sui loca designanda. Antiqua hujus urbis sigilla habent vocabulum Roy Stock / sed an hoc ex conjecturis Poloni cuiusdam, cuius chronicon Laurembergius citat, ob terram ejus uliginosam factum fuerit, iterum dubium manet, nec enim hæc adeo freqvens, ceu postea demonstrabitur: Aut potius ex divisione aquarum? utrumque enim illud verbum Polonicum infert, & quod his oris magis convenit. Et quamvis inter scriptores circa vocem Lacinii, item Laciburgii pariter lis sit, quamna Ptolomæus illa voce urbem voluerit, haud tamen nobis dubium supereft, quin Nostram ita audivisse affeveremus dum observamus eandē fusile ex ore Ptolomæi longitudinem & latitudinem Sveni Fluvii & Laceburgii urbis; Svenus vero fluvius, ad cuius littora Laciburgium situm fuit, non nisi Varna est, fedes Pharodinorum, à quibus non longe perita inflexione devolutum nomen videtur, depulsiis incolis veteribus Sveni qui illi Sveni nomen dederant. Si cui tamen libitum fuerit hæc aliave urbem hanc concernentia, penitus scire, nec enim hic noster labor abyssum ex haurire potest, aead Albert. Kranzium in Vandalia, Saxonia, Metropoli &c. Dav. Chytreum in der Sachsen Chronic & horum epitomatorem Petr. Lindenbergium in Chronicō Rostochiensi. Marchalci Annales Herulorum & Vandalorum, Trotliers Chronicō Hamburgense, Casp. Calovii Geschlecht. Register der Herzoge von Mæcklenburg, Joh. Petersen Holsteinische Chronic, Munsteri Cosmographiam, Pomarii Sachsen Chronic / Joh. Lub. Gottfrid IV. Monarchien &c. Consulat pariter conscriptos annales hinc inde obvios quorum aliquibus equidem Bibliotheca Dn. Præsidis instruta est, sed quorum partem dolet adhuc dum latitare in scribiis Eruditorum, fortean aliquando cum tineis & blattis bellum gestura. Laudat eo magis collectanea illa elegantissima quæ modo laudatus Senator propria manu de origine & factis urbis

37

urbis hujus compilavit, & pro qvorum concessa inspectione  
ipſi publice gratias agit.

S. 2. Gloriosum jamdura urbi huic esse potest, qvod sita  
sit in illa terra parte, qvæ frugum, arborum, plantarum,  
animalium, vini &c. feracissima; incolis affluens, armos-  
rum, agriculturæ, artium, mechanicarum & liberalium, &  
qvod rei caput, qvæ purioris religionis & legum conuetudi-  
numque optimarum studiosissima maxime gaudet cœli cle-  
mentia & temperie, ceu Europam ita extollit Grœningius.  
(a) Nec minus inglorium in ea facri Rom. Imperii parte loca-  
tam esse qvæ ex sua amplitudine & rerum abundantia vocatur  
Megalopolis vel Magnopolis, ceu ita illam *Burovinus Pribis-  
lai Filius* in privilegio, qvod Ao. 1218, huic Civitati concessit,  
& cujus verba initialia sunt: *In Nominе sancte & Individуe  
Trinitatis Bорвинус Dominus Megapolensis omnibus пресе-  
нien paginam visuris &c.* appellare dignatus est, qvæ ta-  
men ex conseruidine in memoriam Urbis qvondam splendide  
& illustris, sed hodie vix in ruinis superstitis, Germano nomine  
Württemberg dicitur.

S. 3. Qvod siuum attinet, qvem ratione Globi ter-  
restris habet, ille varius assignari solet. Longitudo Urbis  
Rostochiensis est ex computo Alstedii & Blebelii 30. G. 24 M.  
Jac. Hondii 40. G. o. M. Casp. Schotti & Henr. Bruccei 34. G.  
o. M. Argoli & Aegid. Strauchii 36. G. 30. M. Christiani Gru-  
nenbergii 32. G. 48. M. Langii 39. G. o. M. Varenii & Mar-  
calii 34. G. 45. M. Latitudo vero ex calculo Blebelii & Alste-  
dii 34. G. 36. M. Langii & Casp. Schotti 54. G. 30. M. Argo-  
li & Aegid. Strauchii 54. G. 5. M. Grünenbergii 54. G. 2. M.  
Nec est, ut de Rostochio male ex illa Differentia qvis tentiat,  
quoniam in hoc cum Roma ipſi convenit, qvæ orbis dominatrix  
fuit, & cujus longitudinem Clavius 36. G. 30. M. Varenius 36  
G. 51. M. Hues 42. G. 30. M. Keplerus & Herigonius 36.  
G. 40. M. esse contendere. (b) Qvamdiu qvippe methodus  
illa universalis inqvirendi locorum longitudines, qvæ splendi-  
do

---

(a) In Biblioth. Juris Gentium. (b) Vid. Schotti enrus Mathem.  
fol. 376.

do tamē p̄mio proposita sed à Gallis, Anglis, Germanis &c. anxiè, & frustra qvælita est, nondum detecta, longiū līnes urbium erunt incertæ, & nihil tam firmi determinare licebit, qvin, qvemcunq; Auctorem seqvaris, erroribus sis obnoxius. Ne tamen omnino fluctuemus, diligentia prohibet D. Polzii, Viri de Ecclesia hujus loci & de cœlo beneri & adhuc dum merentis, qui primum Meridianum in insula Teneriffa, ejusq; monte Pico del Teide constituit, in hoc celeberrimos Geographorum secutus, longitudinem Rostochii observavit 30. G. o. M. Aeqve circa latitudinem determinandam sedulus dudum fuit, & adeo felix, ut multis circa æquinoctiis, item circumpolares stellas factis experientiis illam determinerit 54 G. 10. M. Subscribimus huic assignationi & illam retinemus tamdiu, donec aliquando certior proferatur, qvani ab ipso, imo majora, ut & ex diligentia Dn. Becceri, Professoris hujus Almæ incliti, qvi ad studia Mathematica natus & factus esse videtur, expectamus, modo organis ad illa negotia debitis, & accuratè fabrefactis Viri hi fuerint instructi. Zodiaci signo certo, urbem nostram subiacere merito abstinemus, carent qvippe fundamento illa distributio, nec Astrologi, si ex illis qværas, qvæ cauſa sit, qvod hoc & non aliud ligna dominio hujus aut illius regionis vel urbis p̄ficiant? solidi qvicquam respondere norunt. (a)

§. 4. Solum, cui incumbit, firma terra est, ita ut nullis trabibus illi infigendis ædificia indigeant ad sui sustentationem, ceu de Venetiis certissimum, sed quoque de Regiomontio astruitur (b) & hinc inde Hamburgum illis indiget, & qvia a flumine Peninsulae instar Orientem & Septentrionem versus cingitur, fertilissimum quoque & amoenissimum est. Vix ultra moenia pedem efferre licet, ac horti sylvæque adjacentes, campi itidem omni frumentorum genere densissime constituti, oculos non modo delectant, sed & animum reficiunt, ut tellos invicer

(a) Jamdum illius sententia examen fecit M. Koncius de vanitate Astrologie Art. 3. §. 6. adde Diss. de situ Regiomonti an. 1685. ibid. Praef. M. Heinorio habita (b) Vatky Schweizer und deutscher Wegweiser p. 55.

Iuvaviter demulceant. Metallorum vel mineralium fodinas ignotarunt, qvæ etiam paludes hic nullæ sunt, nisi inique appellare tales velis qvæ ante Petrinam portam sunt, vel in loco, quem pescatores inhabitant, vulgo Fischer-Brock conspiciuntur; quippe qvæ non nisi ripæ sunt fluminis nunquam non vivida, aqua illas irrigant, & nomen paludis adeo non merentur, ut qvando sibi relata sint graminibus fœcundissimæ, & ad linnea dealbanda commodissimè inserviant, aut parum exultat lupulum, brassicam capitatum, aliave legumina, pro maximo incolarum commodo largissime proferant. Ea vero situatio-  
nis ratio est, respectu soli, ut Urbshæc in longum protensa Ori-  
entem & Occidentem respiciat, versus Meridiem paulatim  
attollatur, & in gibbum elevata sit, versus septentrionem ve-  
ro, ubi Flumen Varna secundum longitudinem illam alluit,  
declivior obseretur. Longitudo ejus ex calculo Laurenbergii at-  
tingit 867. Latitudo 330. Circumferentia 2200. passus Geome-  
tricos. Ast accuratius calculum ponunt, quem nos experti  
sumus, qui longitudinem 2160. Latitudinem 825 & circumferen-  
tiam 5500 pedes Geometricos exæqvare, arguunt.

§. 5. Rudera quidem hujus urbis, ut solent potentissimarum  
Civitatum, admodum fuere parva, vix enim A.C. 320. ultra pa-  
gum, vel rectius, nonnullorum pescatorum casas, qvicquam  
exitit, sed qvas *Godeschalcus* Obotritarum Rex soli amoeni-  
tate perspecta in oppidum mutavit, & *Pribislau* ex ruinis Ur-  
bis vicina Kessinenis Ao. 1160 augependo & muris cir-  
cumjectis, ac Magistratu proprio concessio, reddidit illustriores.  
Sunt, qui *Nicolao*, Pribislai Fratri Germano, Gloriam ædifica-  
tionis æque tribuunt; ast si verum fateri velimus, Hunc castel-  
lum in loco, inde hodienum *Borg-Wall* vocato tantum ex-  
struxisse, ex annalibus colligere possumus. Herois nativita-  
tem, portentosa signa aut præcedere aut comitari ab exemplo  
Alexandri M., Mitridatis, Bernhardi Ducis Saxonæ, alio-  
rumve latè probat Frid. Weisen; (a) qvid impedit ut synchro-  
niſmos

(a) *Tract. de heroe, c. 1.*

nismos conferamus ? & advertimus primordia hujus urbis cum  
fundamentis Christianæ religionis in his oris fuisse posita, non  
sine felicissimo omni e, Rostochii nunquam non armamentari-  
um fore instructissimum ad ethnicismum & barbariem cōlon-  
gius pulsandum, ex qvo Christiana religio & animorum cul-  
tura tela sumere & in sui hostes inturgere possit. Cœpit vero  
qvæ terminis angulis inclusa erat, paulatin sub Henrico Bur-  
vino II, fieri major, & limites, qyos fossa, aquâ Varae repleta  
dederat, extendere adeo, ut brevi temporū intervallo, hac qvæ  
ultra fossam extructa tuit, & magnitudine, & incolarum fre-  
quentia, & ædificiorum numero & splendore templorum  
duplo illam, qvæ circa est, superaverit. Exinde est illa, qvæ ho-  
die adhuc valet Urbis hujus appellatio, qva illa pars, qvæ  
orientem versus sita est, die alte Stad / qvæ versus occasum  
die neue Stadt audiat : & qvamvis fossa modo dicta adhuc  
sunt distinctæ, nisi qvod quinque pontibus, quibus hæc recta  
est, coujungantur, exspiravit tamen illa qvæ ex singulo Ma-  
stratu erat differentia, circa annum 1162, & abhinc nonnisi unus  
Magistratus utriqve profuit. Qvam populosa fuerit circa  
annum 1617 ex numero domuum facile est colligere, qvarum  
qvæ fastigis fuere ipplendida (Siebel-Häuser /) ad millenarium  
numerum accessere & perqvan multæ, qvibus latum fronti-  
spicium suit (Over-Häuser /); ex qvibus cum 270 inservierint  
cotioni cereviliarum, qvæ hic loci felicissimè & gratissime  
parantur, Zytopæ hujus loci qvotannis 250000 cupas cere-  
visia exteris vendiderunt. Largimur, si qvem hodiè obti-  
net Rostochium, statum, cum illo conferamus, multum vere-  
ris gloria jam decessisse, nec tanta vel tot ædificia adhuc con-  
spici, qvot & qvanta memoratis temporibus urbem decorar-  
runt ; Ast ne hæc decrementa Urbi huic tribui debent, qvam  
invidia, individuus gloria comes, eo usque depresso, imo,  
qvam ignes destruxere, ceu ille, qvi Ao. 1677 d. II. Aug., ex-  
ortus tuit, 700 domus consumpsit, & incolarum fortunas admo-  
dum discussit. Et quid durius dici inde potest, ac fatis fui-  
fe & esse obnoxiam, qvæ nec regnum potentia, nec incola-  
rum divitiae avertere aut declinare unquam potuere.

§. 6. Maximum attamen huic Urbi & ornamentum  
 & emolumentum accessit, ex singulari beneficio Principum Me-  
 gapolenium, qui tanto honore illam dignam judicarunt ut A-  
 cademiam reipublicæ ocellum illi concrederint. Nec Ipse, qui  
 tum Urbi præfuit Senatus intelligendo, qvam multum adju-  
 menti præsidii plurimum inde Reip. hæc sit receptura, vñl dif-  
 fícilis tuit in illa accipienda vel negligens in conservanda &  
 exornanda; ut non amplius miremur qvi Rostochium ad tantam  
 apud exteris & longe diffitos nominis celebritatē, gloriæ  
 & felicitatis auctoramentum, amplitudinis & potentiae incre-  
 mentum evectū fuerit. Circa inaugurationis annum hallucin-  
 atum fuisse Ferrarium, cum explanatore suo Baudrando in  
 catalogo Academiarum Europæ quando originem Academie  
 Rostochianæ retulit ad A. C. 1461. jamdum monuit Joach. Lin-  
 demannus Prof. & Ecclesiastes quondam bujus Urbis, si quis ali-  
 us, disertus: (a) & annon qvædam oscitania Manseri sit, qui vult  
 Principes Magnopolenenses & cives Rostochienses impetrasset  
 privilegium studii generalis in hac civitate circa A. C. 1415, alio-  
 rum examini committimus. Rectius certe illo Jac. Midden-  
 dorpius, qui florere cœpisse affirmat Ao. 1419 (b) Evidem de  
 illo Episcoporum Sverinensis qvi primus ex auctoritate Mar-  
 tinii V. Pape hanc academiam introduxit dubium movit hujus  
 Almae qvondam Professor Historiarum D. Sturzus qvi in ora-  
 tione tempore Jubilai ulimi hic babita, illum Johannem vo-  
 cat, ut & fuerint, qui hunc potius seqvi, ac reliquis historiis,  
 qui Henrico Wangelin dicto, id honoris tribuunt, accede-  
 revoluere. Haud nos possumus, qvin Kranzio, Lindenbergo, Stur-  
 mio &c. qvi ultimum hoc affirmant, subscribamus, maxime,  
 cum non modo tabula, a Bernardo Hederico Chronicō Sve-  
 rinensi addita, qvæ seriem Episcoporum Sverinensium eo-  
 rumque annum cum electionis, tum gubernationis exhibet,  
 clare doceat Ao. 1418 HENRICUM III. WANGELIN, vige-  
 sum tunc qvidem Episcopum, illi Episcopatu præfuisse, sed

F

&amp;

(a) In Epistola disertu de Academia à Cæstio in Universitate  
 Julia habito, pramissa (b) In Tract. de Academiis p. 548

& membranæ Facultatis Philosophicæ Henrici mentionem faciant. Hoc ergo Henrico præsente, qui simul Academæ Cancellarius factus est, cui Hermannus Abbas Dobrænensis, M. Job. Meineke, Archidiaconus & Nicol. Turcovi Paßtor ad D. Mariæ, nec non hujus Urbis Consul D. Henr. Karzovius adjuncti fuere, primus Rector Magnificus fuit electus Petrus Strenbeck, alii cum Lindenbergo Steinbeck, quo Rectore 160. & in sequenti anno 328 Studio si Matriculæ inserti sunt. Primus FCris Philosophicæ Decanus Heur. Töke, Professores vero septem, omnes Philosophi & Magistri constituti sunt, ex membranis, quas Facultas Philosophica sibi servat, illa memorat Lindemannus. (a) Qva fata, incrementa, Alma hæc stinuerit, enarrare merito supersedemus; nec enim negotium tæle pagellis, qvæ restant, exponi dignè posset.

§. 7. Pedem potius promovemus, & generaliora criteria, ex qvibus, secundum monita Capitis præcedentis, aeris constitutio an salubris vel infalubris cognosci potest, hisce quæ de Rostochio modo attulimus, applicamus, quo inde veritas eo magis constet, hanc urbem non modo ex amplitudine & meritis, suis omnium urbium Megapolensium audire, Metropolin sed quoque respectu ad aerem habito esse, multo cœteris aliis superiore & amoeniore. Situs quem ratione globi terrestris illam habere adduximus, sufficienter arguit, haud verticalibus subditam esse radierum insultibus, nec incolas ejus à sole ita torri, ut civium Ormusia instar, qvæ urbs est in ligris in sinu Persico, Lusitanorum, non ita pridem emporium nunc Persis paret ) in hypogæis in frigidam men- totenus demersi, interdu dormire, aut certe otari, noctu ve- ro surgentes, mercaturam exercere, & alius negoii vaca- re obstricti sint; elephantiasin, lepras, pestem, nisi hanc con- gium induxerit, inde metuant. Pariter ex eodem illo situ col- ligitur, tantam non esse hic vim frigoris, qvæ tristes ita congelet, ut nisi caute & paulatim calore laxentur, & frag- les sint & ædificiis inutiles, (a) vel ex hyemis rigiditate vasa stan-

nea, at  
necessi-  
perata  
viter  
radiis  
tibus  
gravi-  
rum S  
dies,  
dunt p  
geran-  
xeris,  
& ex  
qui n  
(b) a  
Aft ter  
condi-  
humu-  
ergo  
xino  
luntur  
intelli-  
ris hi-  
radion  
obliqu-  
confre-  
xere,  
julte :

(a)

(a) l. c. (b) Vid. dñ Hamel de corporum affectionibus  
l. c. §. 2.

nea, aut cupreā, qvibus aqua continetur, crepent (a) unde  
necessario & sanitas incolarum & vita periclitaretur; sed tem-  
peratam hanc esse regionem ex eo colligimus, qvod adeo sva-  
viter & calor & frigus se excipiunt. Per extatēm, ne ex  
radiis solaribus perpendiculariter magis Urbem hanc ferien-  
tibus & hinc proprius ad se invicem reflexis, calor per diem  
gravior ingrat, inhibit vapores aqvei sub forma roris & ne-  
bularum atmosph̄eram noctu salutantes, qvos dum oriens ite-  
rum Sol discutit, & discullos undiqvaque spargit, serena inde  
dies, nec nisi abblandiens calore grato, incolas recreat. Acce-  
dunt pluviae, interdiu frequenti sua destillatione aerem refri-  
gerantes. Imo, qvod beneficium harum terrarum maximum di-  
xeris, per ita tempora, quando gravis metuendus foret calos,  
& ex calore illo morborum strages, venti ethesiae dicti adsumit,  
qui nivium in jugis carpathiis tauricisqve dilutarum proles sunt,  
(b) ardorem illum mire restinguunt, & blandissimum reddunt.  
Ast temporibus hybernis minus temperata videbitur aeris nostri  
conditio, illis præfertim, qui audiunt, hic per aliquot mentes  
humum rigere gelu, stringi aquas, & flumina consistere, non i-  
ergo non homines hanc rigiditatem æque graviter & cum ma-  
luntur tamen qui ita sentiunt, nec satis commoda frigoris fe-  
tis hisce hyems est, qui illas constringendo arctet, nereliquie  
radiorum solarium in sua gremia semel admisorum, qvia ab  
obliquo sole resarciri satis nequeunt, fugam tentent, sed ita  
conficitæ, humiditatem, qvam semina per autumnum contra-  
xere, auferant & attenuatam minus nocivam reddant; prout  
iustus ait Olaus M., (c) frigore omnia semina terris injecta ter-

(a) Rhinodæus institut. pharmac. l. 4. c. 42. cui adde dīp. de frigo-  
re correptis sub Pres. Excell. D. Emmerici Regiomont. A.D.  
1701. habbam. (b) Ceuita relecta Peripati sententia,  
qva à nivibus sub polarium regionum Etherearum fla-  
tus derivabat, Atban, Kircherius Mund. subter. Tom.  
1. l. 4. Sect. 2. c. 3. & cum hoc Sturmius in Diff.  
de aeris mut. Altors. A.D. 1695 hab. p. 55. (c) l. 1. c. 19.

tiliora exsurgere. Ne vero de nivibus metuamus, ac si telluri noxiæ sint, experientia debemus, ab illis commodissime interiora latitare, non aliter ac si sale qvodam condita sint. Qvod si tempore verno redeunte sole hæ liqvescunt, spumosius inde tellus fit, & facilius sibi concedita in aera protrudit, ac majori ita facilitate commoda tanta inter mortales distribuit. Accedit qvod occlusis ita à frigore terræ poris, latior semper refulgeat atmosphæra nostra, dum non tantis plaustris terreae se immiscant, & qvæ aqve ad sunt atomi à lumine, qvod illas magis magisque circumagit, tenuiores redduntur, & huic inde faciliorem aditum concedunt. Qvod atinet Homines, tantum abest, ut ex frigore incommoda sentiant, ut fœse potius aeri illi rigidiori exponant, ludos in plateis & flumine vicino exerceant, imo dum

Qva navibus, pedibus nunc itur & undas

Frigore concretas ungula pulsat equi, fœse trahis majoribus, minoribus, nunc trudendo, nunc junctis equis vehendo, quando plateæ nivibus testæ in Urbe, aut in flumine congelato delectant, & tanta inde gaudia sentiant, animumque ita rescant, ac Itali Venetiis se cimbulis oblectare unqvæ valent. Nec præterea tantæ teneritatis aut mollitiei sunt Incole Rostochiensis, ut ex levi horrore statim Tertianæ impetus timeant. Horum corpus toties ab aere vibratum, prout illa corporis pars, qvæ præ aliis aut semper aut frequenter nudatur, minus externi aeris accessum præ aliis minus denuo tatis persentisit; durata induit præcordia & latum frigore memorata calcat. Qvod si tamen sint, qui frigus hoc taliter ferum ferre recusent, aut qvæ negotia velint totum diem sub dio gelidoque in aere ut transigant, Hi omni hora illud decidere fœseque recipere possunt in conclavia pro lubitū calefacta, & vel camino igne luculento instructo, aeris rigiditatem interfingere vel prope fornacem, eamque igne probe instructam confidere, ad utrumque ligna hic satis suppetunt. De temperie aeris hujus, qvam in vere & autumno obtinet, non est

(a) vid. plura de nivis usq; ap. Bartholin. tr. de nipe.

est, ut multa adducamus, cum facile ex præcedaneis illa colligi possint.

S. 8. Tantis jam prærogativis præ multis locis Aer Rostochiensis gaudet, & ex situ, quem elevatio Poli monstrat frui- tur: ast qvæ non adeo ipsi propria esse dicere possumus, si justis- fime velimus sentire, sed qvæ de aliis pariter urbibus Megalopolensis quanvis non in tam excellenti gradu, affirmari pos- sunt. Accedamus itaque ad illa commoda, qvæ ex Soli condi- tiohe habet Rostochium, cui incumbit, & de qvibus Urbshæc sola triumphare potest. Paludes hic nullibi reperies, vel non tanti momenti, ut aerem inquinare possint, prout merito de illis conqueritur vicinū Gustrovium, ut & nomen suum inde acceperit, ceu Rector Athenæi Ducalis, quod illic est, *Jo. b. Otto Vir solidi Eruditione gravis, in Oratione de fatis Gustrovii A. 1701, ibidē habita expoluit.* Nec vicinus aliquis lacus fœtidas & patridas ato- mos pargit, prouti de talibus non modo Sverinum quod doleat, sed fere omnia oppida habent Megapolensiæ. Haud montes catuni, undiqvaque liberum aerem respirat, in hoc tamen fe- licissimum, quod versus illas regiones cœli, ex qvibus ven- ti accedere solent insalubribus particulis gravidi, dupli- ci te- gmine vallis maximis ex terra exstructis, & moenis altissimis circumdata sit, i. e. Austrum versus & Occiduum; e contra, & Orientali & Septentrionali saluberrimis nobis Ventis huic vero quam maxime pateat, & horum accessum sine Obstaculo admittat. Metallifodinas nullas hic dari, non adeo Incolæ lu-

gent, cum ex eo pariter careant teterrimis exhalationibus, ex fodinis mineralium & metallorum surgentibus, qya dum ae- rem densum & crassum efficiunt, causantur tusses siccias, rau- cedines, phthises, dyphnæam, ariduras, anxieties præcordiorum, cardialgias imo citam mortem, sed de qvibus ex tali causa ne-

mo Civium conquestus unqvā est, (a) Sufficit Incolis Roseti afferri

huc metalla jam è terris eruta, & labores monetariorum pa-

(a) Cela late facta metallurgorum exponit Hoffmannus in Disp. de me- tall. morbis. supr. cit.

sa, utpote qvæ laboribus suis lucrari sine tanto sanitatis vel  
salutis dispendio poslunt.

s. g. Eqvidem non nos fugit qvæ malevoli de noxa  
Maris Baltici vicinitate opponere solent, & qvod illud semper  
vapulet, qvando Scorbuti fit mentio, adeo, ut hic inter mor-  
bos endemios, qvi accolas Maris Baltici vexant, referatur. Sed  
qvod si penitus inqviramus, qualis morbus Scorbutus sit, affatim  
constabit, tam generali hoc nomine plurimos affectus includit,  
qvorum genuinas appellations ac cautas ægri aut horrent, aut  
propter terminorum artis subtilitatem capere nequeunt(a). Aut  
qvi ob anomalias suas plurimos morbos referunt(b): tum etiam  
esse illud nomen asylum ignorantiæ medicæ, imo iporum Me-  
diorum qvandoque irregularæ ægritudinæ variationes haud  
satis capientium, qvi in hoc imitantur Jctos, qvibus sub titulo  
Stellionatus crimen alias innominatum venire solet. Strictiori  
& proprio significatu Scorbutus est conatus naturæ, qvo vis-  
ciditatem humorum, qvi ex lento gresu, & qvia modo in his  
modo in illis tubulis herent, acrimoniam contraxere, attenua-  
re, illos per omnes canales premere, & justam mastæ sanguineæ  
crasim conciliare, sedula est. Qvi vero visciditas sanguinis à  
salinis particulis induci poterit, qvæ illam corrigunt, & tenuio-  
rem reddunt, eo minus, qvando illæ aut parcus afferuntur, aut  
ab aqueis satis solutæ, vix illud nomen amplius retinent? Ne-  
quid dissimulemus, viscidus fit sangvis noster, & ad motum tar-  
dior ex inquinamentis chylo in primis viis communicato, qvan-  
do mensa non nisi aut ad plurimum talibus alimentis, fumo  
vel aere induratis sale ac muria conditis, pane acido aliisve  
stomacho minus obtemperantibus, est instructa, qualis esse  
solet accolarum Maris Baltici, quevis fortuna tenuis; cui, si addere  
vellemus, qvæ ex vita sedentaria, studiis, ægritudine animi symbo-  
lam addunt, adhuc magis pateret, non adeo acri ex vicinitate Ma-  
ris B.  
dū. I.  
nost  
in co  
Qvo  
circu  
mari  
nobis  
coll  
conf  
se in  
pus a  
laipi  
loci  
cessu  
flatil  
torpi  
minar  
aliar  
de m  
nati  
Sed  
ad il  
Bore  
gnan  
ris R.  
ri ,  
Ad C  
prog  
Vero  
qui  
labo  
Alpi  
dam  
in / su

(a) Ita Conr. Bartholdus Berens in Ep. ad illustrem D. Sebroeckium  
inserta M. C. append. ad decuriam 3. ann. 4. (b) Coelbwi-  
zii Anmerkung über Timai Zeug-Haus der Gesundheit

ris Baltici, qvā cōeteris diatē erroribus esse Scorbū tribuerit.  
 dū. Insuper, qvod si liberales simus & largiamur, accedere aeri  
 nostro ex illo Mari particulas salinas, & qvæ discrasiam sanguinis  
 in corpus admisiæ procurare valeant, annon qvi ex longin-  
 qvo venit Boreas, suis moleculis, circulum amantibus, illas  
 circumagitando, discontinuaret, & ita discontinuatas dum  
 mare adhuc duobus milliaribus Germanicis abhinc situm est,  
 nobis afferet? ut fileamus sylvas, spissas Mare inter & urbem  
 collocatas. Hinc laudat *Dn. Praes* sibi saepe ab Incolis datum  
 consilium qvando ex catarrhis se lasium esse conqvestus est, ut  
 se in ripa fluminis Varnæ septentrionali vento per aliquid tem-  
 pus exponat, & addit, raro illud remedii genus se teſellisse qvī  
 tæpius felici successu idem tentaverit. Haud ergo est, ut qvis hic  
 loci, prouti de Judæa monuimus Boreā timet. Salutaris ejus ac-  
 ceſsus est & illi in acceptum ferendum, qvando Auctro continuis  
 flatibus interdum repagula dicta superante & incolis molesto,  
 torpidior hæc aura, ex Urbe ejicitur, expellitur, extruditur, exter-  
 minatur, & dū ita aere puriore facta, insimul ex frigidiori bore-  
 ali aura cutis poris magis condensatis illi quoq; hortis qvi ſeſe in-  
 de maslæ sanguineæ intinuarunt, fugati & qva data porta elimi-  
 nati sunt, mox pristina valetudo & antiquum robur redeant.  
 Sed qvanta commoda septentrionis nobis afferat, haud tamen  
 ad illam audaciam progredimur, ut ceu plurimi fecere, flante  
 Borea, nonniſi masculos foetus concipi, statuere aut propu-  
 gnare velimus.

§. 10 Qvæ hactenus allata sunt pro demonstranda Aes-  
 ris Rostochiensis salubritate documenta, talia fuere, ut à prio-  
 ri, si ita loqui fas est, omnibus modis illud evictum dederint.  
 Ad Conſtanciam, qvæ aerem puriorem excipiunt, eo alacrius nunc  
 progredimur, & adj experientiam provocamus. Vel statim  
 vero & primo intuitu leſe offert Incolarum vigor corporis, qvo  
 qui hic nati & educati sunt præaliiſi pollent, & ex qvo tantum  
 laborem terre & sustinere poslunt. Haud ceu de Gallis  
 Alpium accolis, Florus refert, qvi bumenti celo educati, qvid-  
 dam simile cum nivibus suis habent, mox ut caluere pugna statim  
 in sudore eunt, vel levè motu qvæſi sole laxantur, adeo fluxo ſunt  
 CQE

48

corpo, ut mutationem ioli celiqve haud tolerare possint.  
Ex Deucoleonis potius saxis Rostochienses natos esse dixeris, ut  
gloriar jure possint.

Namq; genus durum sumus , patiensque laborum

Et documenta damus , qva sumus origine nat. Ceu verba illa ipse Rostochiensis suis civibus tribuit, B. Lindemannus. (a) Proceritate communiter ad longitudinem illam accedunt, qvam justam horinis esse Elsholius (b) defendit, & 6 pedibus Geometricis definit. Pariter illorum membra pro illa longitudine debitam inter se symmetriam servant, & qvamvis freqventer prominulo sint ventre, raro tamen tam obesi ut qvod inter gulam & ingovinā interest spatii, omne venter occupet. Breviter summo jure incolis hujus Urbis verba applicantur Job. Baptis. Poricē corpus quod nec densissimum evidenter est , nee laxum, neque durum neque molle, nec pilosum nec glabrum, qvarecunque magnitudinis existent, temperatissimum erit. Qyod si forma hominibus liberalis, nec minor mulierum venustas grata est, sed in cuius laudes excurrere brevitatis ergo nolumus, ne qvoq; hederā suspendere vino sati vendibili videamur. De fertilitate foeminarum tantum monemus qvamvis non adeo obvia tales sint, qvæ ut foemina in Svecia ex relatione Rudbeckii 20. foetus excludant, non tamen desint qui 10. 11. 12. imo plures partus formosissimos emitantur, & longævitatem ad viros , qvorum qui 70. vel 80. annum attingunt, nou adeo sparsim hic reperiuntur, proxime accedant. Haud enim vero bona mentis indeoles silentio prætereunda est qvæ hic fese vel in omnibus à teneris jamadū fit & ex qva ad addiscenda non modo opificia vel artes mathematicas &c. perqvā habiles sunt sed ad sublimiora studia admodū capaces; ut si mens esset catalogum Virorum hic prognatorum & ex scientiis ad summa officia admotorū texere, maximus illorum numerus foret. Exhibuit eqvidem fese illa mentis præstantia vel a primordiis hujus urbis & multos temper domi militisqve præstantes genuit ac doctrinæ gloria fulgidissimos

[a] l. c. (b) in Antropometria c. g.

Viros, sed in eo aliquando culpados, qvod in consignandis  
 suorū virtutibus tardiores fuerint. Qui si intendissent calamum  
 præstantissima suorum facta scribendi nitore per facile exæquare  
 posuerint. Justa inde querela Marescalli, qui Herulos inter  
 Barbaros virtute omnes antecessisse, sed ex distantia loci (ubi tum  
 quidem erant, qui res gestas scriberent) ultimos fuisse, docet.  
 Elucescit attamen & virtus & fortitudo Virorum Rostochien-  
 sium ex federe Hanseatico, cuius non modo ornementum fuere,  
 sed fulcrum firmissimum, adeo ut ex insita animi gloria etiam  
 nimum aliquando Sociis suis dederint, & illorum morbos sa-  
 nando, Ipsi non semel sanitatis dispendium passi sint. Nec  
 tacenda animi Magnitudo, qvæ illos Ao. 1388. impulit ut Domino  
 suo Alberto, à Danis durissimo carcere inclusio, & ejus regiæ  
 Stockholmiâ obsidione cincta & fame oppresa, clasie suppetias tu-  
 lerint, & commeatu allato rerum faciem admodum mutaverint.

S. ii. Omnia vero maximè, quantum Incolas hujus  
 urbis ad omnia summum atq; excellens Ingenium armaverit,  
 apparuit ab illo tempore qvando Academiæ & Musarum hic  
 Sedes facta est. Lumen inde intellectui Incolarum accessit, &  
 qvamvis Curios Camillove suos urbs hæc habuerit, nunc  
 tam virtutibus, majoribus qvæ theatris propositis, Illi  
 certius acriusq; perspexere, qvidnam ubiq; deceat, vel opor-  
 tunitati aut omitti, ut vix adhuc semel, ceu antea, frequentissi-  
 me contigit, primis animorum libidinibus obtemperaverint,  
 & qvam debebant, Magistratu[m] obedientiam, cervicibus tuis ex-  
 cisterint. Longù nimis foret singulos enumerare, qui Scien-  
 tias hunc adeo Celebrem Heliconem & ita totum orbem  
 illustrarunt; imo supervacaneum illud judicamus, posteaq[ue]  
 novimus illorum Nomina clarissima jamdum à Sebastiano Bac-  
 meistero Ecclesiæ Travemundensis Presbtero, consignata & cum  
 aliis hujus Urbis & Academiæ memorabilibus, Illo proh!  
 super extinto, (a)cura Filii, in lucem proditura esle. Pariter  
 illorum Eruditorum Nomina, qui hodiernum in eo sunt, ut Ia-

## G

## genia

1] Libnographiam illius Operis exhibent Nova Litteraria  
 Maris Baltici. A. 1700. pag. 347.

4450

genia elegantiſſime forment, & ſtudioſam juventutem ſapienție  
præceptis componant, qvoad maximam partem in Rroſochio li-  
terato, ſub initium Anni 1700. exhibuit & propria ita merita atq;  
fata orbi ſignificavit nunc B. D. Habiebhorſius. Abhinc  
itaque ex benigno cœli ſtatu una cum vițe halicu ſcientiarum  
ſpiritu impetuomne Incolas hoſce percepifle & adhuc percipere  
expertenția conſirmat, adeo Virorum Doctorum vel hic pro-  
gnatorum, vel hîc formatorum gratiſſima ſegeſ in omnes re-  
giones delata eſt, & omnium ſeculorum poſteri habebunt,  
qvod in illis admirentur.

ſ. 12. Pergimus in Examine Aëris hujus urbis, & at-  
tendimus ad Valetudinem Incolarum & morbos que hi max-  
mè obnoxii ſunt. Haud qvippe eò Salubritatis limites exten-  
dimus, acfi Incolæ ab omnibus infirmitatibus immunes ſint,  
& perpetua ſanitate fruantur; qvamdiu mortales gignuntur,  
nec illud humani alienum habebunt, in eo tamen præ alii  
feliciores, & qvæ non minima beatitudinis pars, qvod non ſemper  
& conſtanter ex aëre habeant, qvæ metuant, & qvæ corpora  
animamve illorum turbent, ac excrucient. Videmus per-  
qvam plures, bene valentes & ad ſenſum valetudine proſpera-  
properantes: imo meliuscule ſe haberent alii, modo non ex-  
ingluvie vinorū aduſtorum & ex fermento paratorum ſpirituū  
eiusmodi juſto tibi ipſis & morbos & mortem accelerarent: vel iſi  
qvando morborum primitias ſentiunt, non apud Medicatros,  
qui dum blaſdiuntur cauda morsum intentant, & ad læden-  
dum & occidendum ſatis officiosi ſunt, ſed apud illos queis  
Deus laboribus & ſudoribus ſcientiam medicam vendidit, open-  
qvarerent. Morbos gentilitios, Medicis Endemios diſticos,  
ceu tales, qui Regioni aut loco cuidam familiares eſte ſolent,  
& ad perpetua mala jure referuntur, ex climatis, aeris aut foli-  
culpa oriundos, Rroſochium nunquam novit, nec hodie expre-  
ritur. Eqvidem, ceu antea monitum eſt, Incolas, ut qui Maribal-  
thico adjacent, ex ſcorbuto admodum laborare, Exteri affirman-  
Vicini credunt, Ipsi tibi pertuſum habent, ſed falluntur omnes,  
ſi ad signa illius morbi propria & inseparabilia atteſadamus, qvæ

pteclua  
ionem  
purpure  
inferior  
ſeoren  
itionem  
Vix eni  
illa off  
qvæq;  
tomac  
maſia f  
miis,  
D. Peſe  
exercu  
tio & ſi  
poſt hy  
chis h  
milias  
uſmodi  
je vero  
loci me  
tides ,  
tariſſim  
tem no  
vir, ſed  
dē copi  
tanaz e  
copiogi  
non mo  
editas, ſ  
Medica  
illius qv  
borum  
pre.

prædictate Lindano, Et mullerius esse dicit (1.) ardorem & titillationem in gangivis cum subsequenti erubescatione. (2) Colorem purpureum sub concavo oculorum. (3) maculas in femoribus & inferioribus tibiarum partibus. (4) vacillationem genuum. (5) letorem oris jejunio ventriculo. (6) crebram phlogosin & exastivationem per totum Corpus. (7) arenulas rubras & facile friabiles. Vix enim in centesimo, quem volunt scorbuto affligi, Civium illa offendere licet, si cui vero familiaria, ex diæta ad salsa quæque dura & viscida propensæ intemperie, (qua fermentum stomachalis vires obtundit, quo obtuso digestiones frigent & massa sanguinis viscidior fit) illi obtingunt. De morbis Epidemias, seu illis, qui plures simul eodem corripere malo solent. D. Pres. refert, Se per illa tempora, per quæ hic Medicinam exercuit, raro tales obseruasse, aut qui non brevi temporis Spatio & sine singulari incolarum strage cestaverint. Obrepuisse, ait, post hyemes pluviosas, omni Germaniae nocivas, febres petechiales horridas, sed quæ benigno fato non nisi certas familias affixerint & illos, quævis necessitudo imposuerit istiusmodi ægrotis debitam opem subministrandi. Exspirant le vero & tugatas illas esse à Boreâ surgente, certissimo hujus loci morborum contagiosorum antidoto. Quandoque Pleuritides, russes graviiores, hinc inde quosdam corripiisse, sed quæ rarissime in phthisin degeneraverint; Febres tertianas per aestates, raro obrepere & vulgus exin affligi. Idem obseruat, rem non raro obrepere & vulgus exin affligi. Idem obseruat, sed qvarum originem non in aere quærendam esse vult, sed frequenti harengum recentium comedione, qui tum qui de copiosissimè afferuntur, & pretio vilissimo venduntur. Qvarum tanas esse rariiores, Variolas vero addit, per præteritam æstatem copiosissimè & adultos & infantes infestasse sed benigniores non modo fuisse respectu habitu ad strages in locis viciniis ab illis editas, sed benignissimas, ut vix quatuor illorum perierint, quævis Medica manus admota fuit. Imo hoc ipso, quo hac scribuntur tempore, mœbilli in Urbe regnant, sed placidissimè, ut ex illis quæpiam occubuisse nondum compererimus. Qvod morborum gravissimum, Pestem, attinet, ex contagio evide-

¶ 12 ¶

illa huc tribus qvatuorve vicibus delata est, sed loci hujus fini  
dandum, qvod non tanta ejus fuerit societas. Illius, qz  
Ao. 1602. hic graflata fuit & pro vehementissimâ habita, imo  
cum putaretur extincta, sequenti anno ardenter flamma recu-  
duit, meminit *Varenins* (a), illa 1300 homines ex Republi-  
ca Oppidana, ex Academia non nisi Celeberr. Theologum D. Lo-  
bechium & qvatuor studiosos letho immaturo traditos esse.  
Ut tandem qvæ de sporadicis Morbis seu illis qvibus sine metu  
contagii nunc hic nunc ille corripitur, in his oris sentien-  
dū sit addamus, qvamvis hi non adeo aeri qvam reliquis Diæ  
erroribus ortum debeant, pariter ex ore D. Præsidis accipio,  
qvandoque per mensem unum alterumve omnino exin halci-  
onia esse, nisi fortean grava vel vulneratus opem Medicam  
velint. Si qvi vero ægrotorum, hunc nostrum extollunt  
**Aerem, Phtisici** illi sunt, utpote qvi huc delati, ex liberiori & ve-  
niore aere qvafq; reviviscunt, & vitæ qvod restat, blandi-  
tantis, ut solent alibi, angustiis, abolvunt.

S. 13 Nec tamen hodie demum advertimus esse ex **Aeris**  
salubritate Rostochium elogiis & accessu dignum, qvin ex-  
cutiamus tantum præteriorum temporum historias, & mox  
constabit, nunq; non illud fuisse Asylum ægrotantium, &  
ex dissitis admodum locis hoc advolatæ, qvos corporis valen-  
do admodum exercit. Alia attamen facie & longe diverso  
habitu temperies hujus Aeris tunc quidem apparuit. Subsoluit  
Monachis huc delatis illa blanda atmosphæra & purior con-  
stitutio, utpote qvod tum experientia & placida vita illos do-  
cere poterat, ac etiam Medicina & Physices notitia, qva nu-  
ciam non fuere delestant & hodienum recreantur, & prouid  
fuere piis (ira appellare huic similes solent) fraudibus dedi-  
tissimi & in illis excogitandis callidi admodum, in Templo hu-  
jus Urbis maximo & ex structura elegantia jamdum splendido,  
**Divæ virginis Mariae** ab illis consecrato, Tabulam suspendero,  
hujus imagine venerabilem, & de illius efficacia in sanando  
morbis & indefessa curandi virtute mira Populo annuntiarunt,  
multū solaminis in morbis inde promovere, & facile quoq; illis per-

(a) *Vid. Programm. in Obicium D. Fausti*

persuaderet, queis jamdum religiosus Virginis cultus reverendus  
 et maxima incusserat. Testatur adhuc dum de felici illius Con-  
 filii successu, *Carthausum*, quod Dux **BARNIMUS III.** Po-  
 meraniae Princeps A. 1360 aliquanto longius a mœnibus Urbis  
 Stettinensis distitum, ad Oderam loco amoenissimo, ubi pul-  
 cherrimus insuper prospectus fundavit, ibique Monachos ad  
 honorem Mariae Rostochianæ Vocatos introduxit, quod jam  
 Viadrinam arcem vocari *Fridebornsus* notavit. (a) Nec adeo  
 longe abhinc in memorato templo asservata vidi & in signa mi-  
 taculi e regione dictæ imaginis, suspensa fulcra lignea varii  
 generis, quæ olim ægrotos sustinuerant, sed quæ cum trabe  
 terrea, cui innitebantur, hodie sunt remota. Miraculorum ple-  
 na vero imago hodiendum in dicto loco conspicitur. Equidem  
 exspirante in his oris & exturbata religione ac credulitate Pon-  
 tificia illa trahit pariter cestavit, nec tamen omnis insimul Fa-  
 ma salubritatis periiit, sed quæ ad nostrasque tempora mansit,  
 & quod speramus, apud posteros insigni cum effectu manuira-  
 et. *Paulus Merulam*, quis successor fuit Justi Lipsii, Author No-  
 vorum Republicæ litterariorum, narrat hue appulisse Anno 1607  
 illud Julio ad sanitatem recuperandam aut ut verbis Authoris  
 amis & quelques parens, & dans l'espérance de retrouver la san-  
 te, que son trop d'attachement à l'étude avoit ruinée (b) &  
 felicissimum fuit Consilium à Medicis Lipsiensibus *D. Grapio*  
 nunc Lipsiæ studiorum ergo consumoranti fed valetudinario da-  
 ret, (c) vix enim in patriam reversus mox convaluit, hodie  
 autem per Dei gratiam superstes, Ecclesiae & Academie hujus  
 loci strenue inservit, & famam perennem sibi parat. Qvis  
 ergo non videt Vera dixisse imo pene dixerim vaticinatum  
 quæque Munsterum, quando ita de Rostochio: **Principes Ma-**  
**gnopolenses** & cives Rostochienenses missa legatione

## G 3

in

(a) *Descript. Urb. Stettinens. A. 1624. in 4.* (b) *Nouvelles de la*  
*republique des lettres Mois d'Aout 1684. Article 2.*  
 (c) *Rostoch. litterat. p. 192*

in Urbem (Romam) impetrarunt privilegium studii generalis in Civitate Rostochiensis, loco ad eam rem non incongruo, quod aeris salubritas est vi etualium omnis generis levi pretio ibi magna est copia (a). Qvæ sua approbatione Middendorpius Decanus Susensis in libro de Academiis reddidit splendidiora (b). Nec ergo qvicquam restat, qvam ut verba Camilli nostra faciamus: (c) Non sine causa Dii (Principes) homines vero hunc Urbi condenda locum eligerunt, saluberrimi colles, flumen opportunum, quo ex omnibus locis fruges devehantur, quo maritimi, commeatus, accipientur, mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classum exterrnarum: Verbo ad incrementum Urbis, ad Salutem incolarum natum unice locum.

(a) Cosmograph. (b) er. Acad. (c) Livius lib. 5. hist. c. 54.

## INDEX.

- |  |                                     |
|--|-------------------------------------|
| <i>Academia Rostochiensis</i>          | elasticus est                       |
| quando fundata                         | ej. Vires & robur                   |
| ejus Primi Professores Philosophi      | Varie mutatur                       |
| Primus Rector Strenbeck.               | anab Astris & qvomodo p. 10. &c.    |
| maxima urbis gloria,                   | qualitates                          |
|  | sibilus unde                        |
| <i>Aeris Etymologia</i> .              | mutatio in morbis solarium          |
| definitiones                           | in pulmonibus sanguine ingrediuntur |
| estentia nondum detecta.               | cum cibis descendit                 |
| innotescit per experimenta             | sanguinis motum intestinum facit    |
| est corpus fluidum                     | nutritionem promovet                |
| eius particulae male in certas classes | qualitas ex effectu noscitur        |
| distribuuntur                          |                                     |

spiritus animales reficit	p. 26.	Febris tertianæ unde	pag. 31.	
quis talitaris vel non pag. 27. & seqv		Feles qvomodo noctu vident	pag. 16.	
alverus minus nocet	pag. 31.	Frigoris commoda	pag. 29. 43.	
ad scientiam confert.	pag. 32.	Gallis Italia funesta	pag. 32.	
qvando	pag. 17.	Grandinæ causa	pag. 19.	
an fuerunt	pag. 33.	Gverickius anthlæ pneumaticæ Author.	p. 4.	
pnematicæ origo	pag. 4.	Gutroviū paludibus obsitum	pag. 45.	
Essentia adhuc latet	pag. 32.	Halo corporum igne flagrantium	pag. 7.	
qvomodo corporis fata sequitur ibid.	33.	Helvetorum morbus, Hennwē dictus	p. 32.	
Monachus multos circumvent.	pag. 7.	ia insalubris est	ibid.	
læs moleculæ in aere & unde	p. 6. 8.	Henricus III. Episcopus Sverinensis Academiam inaugaravit & primus Cancellerius factus est.	pag. 41. 42.	
septentrionalis ventus		Hyems qvando	pag. 17.	
sporvis qvâ habere dicuntur in Aeré p. 10.		salutaris & amœna	p. 43. 44.	
specialissime determinari nequit p. 12.		ali tempore aer serenior	pag. 19. 29.	
nomina ex occulta Chymia Egypt. p. 11.		Ignis subterraneus ex sole est	pag. 15.	
fixa lunt totidem soles	pag. 12.	Imbris unde	pag. 19.	
læsum in vitrum abit	pag. 15.	Lacinium		
sympatheticum	p. 8.	Laciburgium) qvalis urbs	pag. 36.	
volatile est	ibid.	Lapæ scifilis	in vitrum abit	pag. 14.
qvando	p. 18.	Lapæ panem spirans		p. 7.
septentrionio		Lignum est pellucidum		pag. 6.
minus sepulta aëre inquinant.	27.	Longitudines locorum adhuc incertæ	p. 37.	
qvare se in Belgium contulit.	34.	Londini aer insalubris.	pag. 26.	
fallunt.	pag. 12.	Lux, Lumen, Radius non differunt.	pag. 14.	
Rostochii optimè parantur p. 40.		Magnæ aerem non immutant.	pag. 9.	
qvare noctu splendent pag. 16.		Magnetæ vires	pag. 7.	
natura omnia sunt pellucida	ibid.	Maria qvare non augentur	pag. 8.	
solidum sine poris non datur	8.	Mare Balticum an scorbutū generet	p. 4.	
aerem raro immutat	pag. 9.	Marmor pellucidum est.	pag. 6.	
aerem prolubitum mutare non potest	9.	Metalla sunt pellucida	pag. 7.	
Thermometri inventor.	p. 4.	Metallurgi morbis & qvibus expositi	p. 7. 26.	
globo terraqvi aëre constituunt	6.	Metalli fodinæ aerem vitiant	pag. 26.	
excellens Astronomus	p. 15.	nullæ circa Rostochium.	pag. 45.	
fons & usus	P. 43.	Morbi Rostochiensibus familiares	pag. 51.	
Veterum qvid?	pag. 37.	Nebula quid	pag. 19.	
	33.	Nix unde	ibid.	
		Nippe		

<i>Nivis commoda</i>	=	p. 44.	<i>Faminae venustæ sunt &amp; feriles</i>	pag. 44.
<i>Nitrum an in aere</i>	=	p. 25.	<i>Sangvinis motus inrelinus ab aere</i>	pag. 24.
<i>Noctambulones quomodo vident</i>	=	p. 16.	<i>Sapietiamultū depēdet à qualitate aeris</i>	pag. 20.
<i>Nox qvando</i>	=	ibid.	<i>Satan qvare Böpp dictus</i>	pag. 20.
<i>Nubes unde sustinentur</i>	=	pag. 6.	<i>Scorbutus qualis morbus</i>	pag. 20.
<i>Nuritq fit beneficio aeris</i>	=	pag. 24.	<i>an endemius &amp; qvibus</i>	ibid.
<i>Paludes circa Rostochium nullæ</i>	=	pag. 39.	<i>Rostochii non endemius,</i>	pag. 19.
<i>Pesris Rostochii mitior</i>	=	pag. 51.	<i>Serenitas aeris unde</i>	pag. 19.
<i>Phtisis Londinensis familiaris</i>	=	p. 26.	<i>Septentrion. Ventus praealiis salutaris</i>	pag. 19.
curatur mutato aere	=	pag. 26.	<i>Rostochii saluberrimus</i>	pag. 19.
laborates Rost. confidiusvitā agunt	=	pag. 52.	<i>Judæis olim infensus</i>	pag. 19.
<i>Planete qvid circa aerem possint</i>	=	p. 9. 13.	<i>Sol acerem modificat.</i>	pag. 19.
<i>Pori sunt in omnibus corporibus</i>	=	pag. 8.	<i>is magnitudo vel forma nondum de-</i>	pag. 19.
<i>Quaranta Rostochii rariores.</i>	=	pag. 51.	<i>tecta</i>	pag. 19.
<i>Radix solares tenuissimi sunt</i>	=	pag. 16.	<i>Virtus indefinita</i>	pag. 19.
non sunt acidi	=	ibid.	<i>ignis subterranei Genitor</i>	pag. 19.
nec pulvis ex illis colligitur	=	ibid.	<i>Styrie incolæ unde ingenio tardo</i>	pag. 19.
efficacissimi sunt	=	pag. 14. 25. 16.	<i>Studiorum differentiae ex aere</i>	pag. 19.
semper sunt in aere	=	pag. 16.	<i>Stellarum cultus unde</i>	pag. 19.
<i>Roma unde tam potens fuit.</i>	=	pag. 34.	<i>Svernum ex paludib⁹ vicinis insalubre</i>	pag. 19.
<i>Ros qvid</i>	=	19.	<i>Terra aeri particulas immiscet</i>	pag. 19.
<i>Rostochii Etymologia</i>	=	p. 35.	quantum à sole distat	pag. 19.
situs respectu globi	=	pag. 37. 38.	à diameter	pag. 19.
foli	=	pag. 39.	<i>Varne nomen unde,</i>	pag. 19.
um versus meridiem elevatum	=	ibid.	olim Svenus	pag. 19.
septentrionem declive	=	ibid.	<i>Ventus qvid</i>	pag. 19.
qvando extrui cœpit	=	pag. 39. 40.	ex mari aqveas atomos abripit	pag. 19.
olim amplissimum	=	pag. 40.	an per circulum ambulet	pag. 19.
temperie aeris gaudet	=	p. 2. 42. 43.	orientalis ubi salutaris	pag. 19.
Academiam fovert	=	41.	<i>Septentrionalis V. Septentr.</i>	pag. 19.
fuit asylum agrorum.	=	52.	australis minus salutaris	pag. 19.
<i>Rostochiensis Viri</i> sunt bona indolis	=	2.	occidentalis nocivus	pag. 19.
ad scietias addiscendas perqvahabiles	=	49.	<i>Verulamii laudes</i>	pag. 19.
corpo robusto polient.	=	pag. 47.	<i>Ver qvando &amp; unde amœnum.</i>	pag. 19.
item vigore animi	=	pag. 48.	<i>Veteres circa aerem solliciti</i>	pag. 19.
ex fœdere Hanseatico clari.	=	pag. 49.	Zodiaci signis male urbes subjicitur	pag. 19.
EM. p. 2. lin. 7. 1565. l. 1665. p. 3. lin. 24. naturali l. materiā p. 5. lin. 19. corpori l. corpori p. 18. lin. ll. ætate m. ætate p. 24. lin. 29. corpori l. corporis p. 27. lin. 3. novisceral. viro				
ra p. 28. l. 15. humiditatem l. humiditatum p. 30. lin. 32. a. l. b. lin. 36. adde(b) Horn. hilo				
natural. p. 92. p. 31. lin. ll. affererit. l. affert. p. 37. lin. 15. Megapol. l. Magnapol. p. 42. l. ion				
(a) l. (b) pag. 48. lin. 12. ingovinal. ingvina.				

Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle  
004 505 76X

3



5b,


f



# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



R. V. E. S.  
PHYSICO - MEDICA  
BRITA-  
RIS RO-  
IENSIS  
lunden Sufft  
ostock /  
SISSIMÆ FAC. MEDICÆ  
SIDE  
GIO DE-  
INGIO,  
T. SUPERIOR. PROFESS.  
DINAR,  
FAUTORE SUO CO.  
MIA ROSTOCHIENSI  
úκλω  
II ANNI MDCCV.  
MINI SISTIT  
GERHARD,  
T. S.S.Th. & Ph. St.  
SER. PRINC. & ACAD. Typ:

xxx

13  
1705, 1.